Solum est n o t a n d u m [hic] quod Augustinus, *ep. 49 ad Deogratias,*[283] et *3 De Trinitate, cap. 7,*[284] videri ex parte consentire Avicennae, dicens serpentes, magorum opera factos, fuisse / veros, cum *S110* tamen non sint facti ex semine. Sed forte non erant animalia perfecta, vel etiam daemon potuit supplere ibi semen aliquod serpentium iam dispositum ad generationem.—Et de his satis.

9 U l t i m o dubitari potest, in qua parte [animalis] subiectetur potentia generativa seu formativa seminis.

Hippocrates, *lib. De genitura;*[285] et *lib. De locis et aquis*[286] —quem sequi videtur Albertus, hic, in *2 De Anima, cap. 7, tract 2*[287]— ait semen esse decisum ab omnibus membris viventis, ut in illo sit effigiata figura omnium membrorum; / iuxta quam sententiam potentia *P186v* factiva seminis erit diffusa per omnia membra.

Tamen hanc sententiam improbat multis Aristoteles, *1 De generatione animalium, cap. 17* et *18,*[288] et Galenus[289] saepe, et D. Thomas, *1 p., q. 119, a. 2;* et in *2, d. 30, q. 2, a. 1.*

1.° Nam si esset necessaria haec decisio seminis ex omnibus membris, maxime ut semen possit efficere tot membra dissimilia; sed propter hoc non, nam licet deficiat patri [generanti] unum vel alterum membrum, poterit generare filium cum omnibus membris; [ergo].

2.° Illud semen decisum [ab omnibus membris] vel est simile omnibus, vel non. P r i m u m est impossibile, quia ibi non

---

131 3] 5 *SL*, 9 *P*. 132 15] 14 *SPL*.

8 136 alibi *S*, vb̄sª [= uberius supra?] *P*. 136 tractata *S*, tracta *P*. 137 hic *P*, illud *S*, *om. L*. 139 110] 108 *S*. 141 ibi *S*, illud *P*, aliunde *L*. 142 Et *S*, Sed *P*. 142 Et... satis *om. L*. 142 satis *add.* est *P*.

9 143 animalis *PL*, *om. S*. 146 sequi videtur *SL*, seq cōc (?) *P*. 146 hic in *om. P*. 147-8 sit effigiata *S*, contineatur (II 12, 7) *L*. 147-8 effigiata *S*, efficiata *P*. 152 et in 2 *SL*, *om. P*. 152 30 *SL*, 3 *P*. 154 possit *S*, posset *PL*. 154 dissimilia *S*, similia (!) *PL*. 155 patri *SP*, *om. L*. 155 generanti *PL*, *om. S*. 156 ergo *P*, *om. SL*. 157 ab... membris *PL*, *om. S*. 158 omnibus *S*, *add.* membris *P*.

---

[276] 715 a 24 sq.; 721 a 7-10

[277] 749 a 10-752 a 9 (per totum); 757 b 1-758 a 25; 758 a 25-759 a 7

[278] 892 a 23-37 (q. 13 in BKK)

[279] X 189 sq. (ed. Janus) = lib. 10, c. 68

[280] ?

[281] c. 1: o. c., ff. 59 sq.

[282] *De angelis*, c. 38, a num. 9

[283] [ep. 102] q. 1, n. 4: PL 33, 371 sq.

[284] VII 12: PL 42, 875

[285] O. c., f. 33v A

[286] *De aere, aquis et locis*: o. c., f. 89v D-E

[287] O. c., t. 5, p. 225

[288] 721 a 30-b 35 (per totum); 722 a 1-724 a 13 (passim)

[289] *Cfr. De semine* I 12-16: o. c., 1.ª Cl., ff. 332v-335v

la exposición que hace Aristóteles en *1 De generatione animalium, cap. 1* y *16;* y en el *lib. 3, cap. 1, 8* y *9;* y en *sect. 10 Problematum, q. 5;* Plinio en el *lib. 10 Historiae, cap. 68.*

8 En otro lugar quedó ya tratada la cuestión de si un animal generado a partir del semen puede también ser generado a partir de la putrefacción. Fue la opinión de Avicena en el *lib. De diluvio* y en el *lib. 15 De animalibus.*

Solamente una obligada observación en este punto: S. Agustín en *ep. 49 ad Deogratias* y en *3 De Trinitate, cap. 7* parece estar parcialmente de acuerdo con Avicena al decir que fueron serpientes de verdad las que produjeron los magos con sus artes; y sin embargo no tuvieron su origen en el semen. Pero posiblemente no eran animales completos o pudo también el demonio suplir la falta con algún semen de serpientes ya preparado para la generación. Basta con lo dicho.

9 Cabe una última cuestión: ¿En qué parte del animal está sustentada la facultad generativa, esto es, productora de semen?

Hipócrates —a quien S. Alberto parece seguir al tratar el tema en *2 De anima, cap. 7, tract. 2*— dice en el *lib. De locis et aquis* que el semen viene determinado por todos los miembros del viviente, con el fin de que quede impresa en él la figura de todos los miembros. Según esta opinión la facultad productora de semen estará esparcida por todos los miembros.

Aristóteles, sin embargo, rechaza con múltiples argumentos esta opinión en *1 De generatione animalium, cap. 17* y *18.* También a menudo Galeno y Santo Tomás en *1 p., q. 119, a. 2;* y en *2, d. 30, q. 2, a. 1.*

Primero. De requerirse tal determinación del semen por parte de todos los miembros, sería ante todo con el objeto de que el semen pueda producir miembros en tanto número desemejantes. Pero tal exigencia no se da, pues aun en el caso de que el padre generante esté falto de uno u otro miembro, podrá engendrar un hijo con todos los miembros. Luego.

Segundo. El mencionado semen determinado por todos los miembros o es semejante a los demás o no lo es. La primera alternativa es imposible: en él no se encuentra la dureza de los huesos, etc. Si se

reperitur durities ossis, etc. Si secundum, ergo superflua est illa decisio et [ficta illa] effigies omnium membrorum in semine.

3.° Nam data illa effigie, actio eorum esset confusa, quia ibi neque superiores partes ab inferioribus, neque dextrae a sinistris distingui possent.

4.° Si ex omnibus membris [decideretur], cum decidatur a mare et foemina, deberet semper in semine esse virtus ad efficienda omnia membra maris et foeminae; ergo semper generaretur uterque sexus.

Certum ergo est quod [non] in omnibus partibus, sed in aliqua, sit illa virtus subiectata. Sed in qua parte sit, est dissensio inter Galenum et Aristotelem, quae legi potest in Vallesio, *lib. 2, cap.* <8> *Controversiarum.* [290]

10 Solum est notandum quod in semine distinguenda est pars materialis ab spiritu incluso. Et pars quidem materialis fit ab illa parte quae illam conficit, et illa se nutrit. De spiritu autem incluso difficultas esse potest, an ab illa parte, vel ab alia nobiliori fiat, ut a corde, vel hepate, in quo [materialiter] residet naturalis facultas. De qua re nihil certi habeo. Videtur tamen [mihi] probabile quod non generetur ab infima aliqua parte et ignobili, sed forte a corde, cuius est efficere spiritus vitales, et iuvantibus forte aliis principalibus partibus, ut debitum temperamentum et virtutem semen ipsum recipiat.

11 Ex quibus omnibus colligitur ex qua materia et ex qua forma semen fiat. Fit enim ex sanguine, ut ex materia, tamen forte diverso modo, nam pars materialis seminis immediate fieri potest ex sanguine, /
spiritus vero inclusus in illo non immediate fit ex sanguine, quia sanguis *P187*
est crassus et materialis, spiritus autem ille est tenuis et subtilis. Et ideo
forte fit immediate ex spiritu aliquo vitali. / Quod tenet Valles, *lib. 2* *S110v*
[Contro*versiarum*], *cap.* <*17*>. [291]

159 etc. *S,* aut cordis fibrae, variaeque eorum figurae (II 12, 7) *L.* 159 secundum, ergo *S,* autem non est simile *P.* 160 ficta illa *P, om. S.* 160 effigies *add.* membrorum in semine *P.* 161 actio *add.* nihilominus *P.* 161 esset *SL,* erit *P.* 161 confusa *S, praem.* ut *P.* 164 decideretur *PL,* deiici deberet *S.* 166 foeminae *add.* quod est aperte monstruosum (II 12, 7) *L.* 166-7 ergo... sexus *SP, om. L.* 168 non *PL, om. S.* 168 in *SL, om. P.* 168 aliqua *add.* certa parte *P.* 169 sit *S,* est *P.* 170 8] 7 *SPL.*

10 173-4 fit... nutrit *SP,* a testiculis elaboratur, illaque (!) nutriuntur (II 12, 8) *L.* 176 materialiter *P, om. SL.* 176 re *add.* ergo *P.* 177 mihi *P, om. SL.* 178 est *om. P.* 179 iuvantibus *SP,* viventibus (!) *LV.* 180 recipiat *add.* aptumque undique instrumentum evadat ad mirabilem [admirabilem *V*] illam organisationem peragendam. (II 12, 8) *L.*

11 181 quibus *SL, om. P.* 181 colligitur *S,* licet colligere *PL.* 181 ^{2}ex *om. PL.* 184 ex *add.* ordinario (II 12, 9) *L.* 185 et materialis... subtilis *om. L.* 187 controversiarum *P, om. SL.* 187 17] 16 *SPL.*

[290] O. c., ff. 26 sqq. [291] O. c., f. 33, col. 2

acepta la segunda está de sobra la pretendida determinación y la imaginada impresión de figura de todos los miembros en el semen.

Tercero. Supuesta esa impresión de figura, la operación de los miembros sería confusa, pues en ella no habría distinción entre partes superiores e inferiores, entre la derecha y la izquierda.

Cuarto. Si la determinación es por parte de todos los miembros, como en ella interviene tanto el varón como la mujer, se daría siempre en el semen necesariamente capacidad para producir todos los miembros del varón y de la mujer. En consecuencia, habría siempre generación de ambos sexos.

Es cierto, por tanto, que dicha capacidad no está sustentada en todas las partes sino en alguna concreta. ¿En cuál? No hay acuerdo entre Galeno y Aristóteles. Puede consultarse Valles en el *lib. 2, cap. 8 Controversiarum.*

10 Sólo una observación: Es preciso distinguir en el semen la parte material, del espíritu que va en ella incluido. La causa de la parte material es aquella parte que la elabora y se nutre de ella. En cuanto al espíritu incluido surge una posible dificultad: ¿quién lo produce, esa misma parte u otra de rango más noble, como el corazón o el hígado, en el que reside materialmente la facultad natural? Sobre este punto no tengo certeza alguna. A mí, sin embargo, me parece probable que no lo produce ninguna parte de rango ínfimo o baja condición, sino quizás el corazón, que tiene la función de procrear los espíritus vitales, con la ayuda tal vez de otras partes principales con el objeto de que el semen mismo reciba el debido acondicionamiento y capacidad.

11 De todo esto se deduce cuál es la materia y la forma de que está hecho el semen. Está hecho de la sangre, como de su fuente material. Pero se dan quizás modalidades diversas: la parte material del semen posiblemente se produce de la sangre; en cambio, el espíritu incluido en él no se produce inmediatamente de la sangre, porque la sangre es sustancia gruesa y material, mientras que el espíritu es tenue y sutil. Por eso tal vez se produzca de algún espíritu vital. Es la tesis de Valles en el *lib. 2 Controversiarum, cap. 7.*

De forma autem seminis est etiam distinguendum, nam forma, quae est in parte materiali seminis, est quaedam forma substantialis rei inanimatae, ut forma sanguinis; forma vero spiritus inclusi in semine est forma rei animatae, ut dictum est *2 Physicorum.*

Quam sententiam tenet etiam Germanus, in *Epitome huius libri,*[292] et Iacobus de ⌊Forlivio⌋, *circa 23 canon*[293] *Avicennae.*[294] Et insinuat Caietanus, *1 p., q. 118, a. 1,*[295] nam ait habere corpus heterogeneum; et ad hoc citat Albertum.

Et p a t e t, quoniam forma illius spiritus habet actionem quamdam superioris rationis, quae est organisare corpus ad generationem viventis, quod est opus vitae. Neque satis est dicere quod illam actionem habet ut instrumentum alterius, quia cum semen sit separatum a vivente, neque ab illo iam iuvetur, debuit recipere formam proportionatam actioni ad quam efficiendam ordinatur.

Et hoc potest colligi ex Aristotele, *2 De Anima, cap. 1, in fine,*[296] ubi ait quod corpus potentia vivens est corpus habens animam actu; et huiusmodi —inquit— est semen et fructus. Constat autem fructus vivere, ut patet ex dictis,[297] et ex principio illius capitis primi.[298]

Contrarium tamen huius insinuant Themistius,[299] Simplicius,[300] Philoponus,[301] Albertus[302] et Aegidius, *2 De Anima, tx. 10,*[303] et D. Thomas, *1 p., q. 118, a. 2, ad 3 et 4;* et *De potentia, q. 3, a. 9, ad 9;* et *a. 12.* ⌊Tamen⌋ vere tantum significat D. Thomas quod forma illius seminis non est anima quae in genito est introducta. Et hoc tantum probat eius ratio, scilicet quia materia seminis non est disposita ad recipiendam illam animam. Non tamen negaret D. Thomas quod illa forma seminis sit altioris rationis quam formae inanimatorum, atque adeo attingere gradum animarum. Et quia / anima imperfecta est et quasi via ad aliam, *P187v* ideo forte non recipit perfectam virtutem nutritivam, sed generativam tantum; vel si illam habet est tarda et remissa, et quae impediri potest

---

188 autem *S,* etiam *P.* 191 dictum est *S,* diximus *P.* 193 Forlivio *PL,* forlilio *S.* 196 forma illius spiritus *S,* illa forma seminis *PL.* 198 opus *SL,* corpus (!) *P.* 198 Neque *SL,* nec *P.* 200 neque *S,* nec *P.* 205 ²ex *om. P.* 205 primi *add.* etc. *P.* 206 insinuant *SL,* insinuat *P.* 207 Philoponus *om. P.* 208 12 *SL,* 2 *P.* 209 Tamen *P,* Tantum *S.* 209 tantum *iter. post* vere *S.* 213 altioris *SL,* alterius *P.* 216 si illam habet *S,* si etiam habet actionem nutritivam *P.* 216-7 et quae... extrinseco *SP, om. L.*

---

[292] ?

[293] q. 3: o. c., f. 1^{v}, col. 1.—*Cfr.* Fen 1, doct. 5: o. c., f. 38^{v}, col. 2

[294] *Cfr. De nat. an.* IX 1: o. c., f. 40^{v}, col. 2

[295] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 118, a. 1) V

[296] 412 b 25 sqq.

[297] d. 2, q. 1: t. 1, pp. 136 sqq. (in hac ed.)

[298] Arist., *De an.* B 1; 412 b 1-4

[299] *De an.* II 5: o. c., p. 251

[300] *De an.* II, partic. 10: o. c., ff. XLI sq.

[301] *De an.* II: o. c., f. [36v], col. 1

[302] *Cfr. De an.* II, tract. 1, cap. 3 (comm. 10): o. c., t. 5, p. 197

[303] O. c., f. 24^{v}

Por lo que toca a la forma del semen es preciso también hacer una distinción: la forma inherente a la parte material del semen es una determinada forma sustancial de algo que no tiene alma, como ocurre también con la forma de la sangre; pero la forma del espíritu incluido en el semen es una forma de algo que tiene alma, como dijimos en *2 Physicorum.*

También Germano sostiene esta opinión en el *Epitome* de este libro, así como Jacobo de Forlivio en *circa 23 canon Avicennae.* También Cayetano la deja entrever en *1 p., q. 118, a. 1,* pues afirma que posee un cuerpo heterogéneo, y cita en su apoyo a S. Alberto.

La razón es manifiesta: La forma de ese espíritu realiza una operación de índole superior: la de organizar el cuerpo del viviente; operación ésta que atañe al ámbito de la vida. No basta decir que realiza esa operación como instrumento de otro: al estar el semen separado del viviente y no recibir ya ayuda de él, fue preciso que recibiera una forma acomodada a la acción a cuya realización está destinada.

Afirmación que cabe deducir de Aristóteles en *2 De Anima, cap. 1,* al final, en donde dice que un cuerpo con vida potencial es un cuerpo con alma actual; tal es —son sus palabras— el semen y el fruto. Ahora bien, no hay duda de que el fruto tiene vida; es claro por el análisis hecho y el mencionado capítulo primero al principio.

No obstante dejan entrever una posición contraria Temistio, Simplicio, Filópono, S. Alberto y Egidio, en *2 De Anima, tx. 10.* También Santo Tomás en *1 p., q. 118, a. 2, ad 3 et 4;* y en *De potentia, a. 3, a. 9, ad 9;* y *a. 12.* Pero en realidad lo único que Santo Tomás quiere dar a entender es que la forma del mencionado semen no es el alma que se ha introducido en el generado. Eso solamente prueba su argumento de que la materia del semen no tiene las disposiciones requeridas para la recepción de dicha alma. No negaría, sin embargo, Santo Tomás que la mencionada forma del semen sea de índole superior a la forma de los que no tienen alma y que por tanto alcance el grado de las almas. Por tratarse de un alma imperfecta, viaducto, por así decir, hacia otra, es por lo que no recibe plenamente la capacidad nutritiva, sino sólo la generativa; o si llega a tenerla es tarda y perezosa, y puede quedar

ab extrinseco, et ideo maiori tempore ⌊conservari⌋ potest absque applicatione alimenti.

12 Ultima quaestio hic manens esset, quid semen efficiat in generatione viventis, et an attingat formam substantialem. Quae videri potest in *2 Physicorum*.

---

217 conservari *PL*, applicari (!) *S*. 218 alimenti *add.* ut vegetabilium seminibus deprehendimus (II 12, 10) *L*. 220 videri potest *S*, tamen... est disputata *P*.

entorpecida desde el exterior y conservarse por esta razón más tiempo sin necesidad de alimento.

12 El último punto que quedaría por tratar sería éste: ¿Qué es lo que el semen produce en la generación del viviente?; ¿incluso la forma sustancial? Puede consultarse *2 Physicorum*.

DISPUTATIO QUINTA

De potentiis cognoscitivis in communi

Diximus de potentiis animae vegetativae, superest ut dicamus de potentiis aliarum duarum animarum, tamen quia aliae duae animae magis inter se conveniunt quam cum anima vegetativa —utraque enim est cognoscendi principium—, ideo antequam de potentiis earum in particulari dicamus, agendum videtur de communi ratione in qua conveniunt potentiae earum, quamvis Aristoteles de ea re nihil egerit in communi. Dicemus ergo prius de potentiis cognoscitivis in communi, et postmodum ad singulas potentias in particulari descendemus, postea vero eodem ordine de / appetitivis potentiis tractabimus. Sic namque *S111* et [vitabimus] repetitionem multarum quaestionum, et praeterea intelligemus ordinem et connexionem quam omnes istae potentiae habent in homine, in quo omnes reperiuntur in uno principio radicatae.

QUAESTIO 1.ª

Utrum ad actum cognoscendi necessaria sit coniunctio obiecti cum potentia

1 Dicturi de [his] potentiis, ab obiecto earum incipiamus, de quo in communi sumpto illud solum videtur posse investigari, videlicet quomodo ad actum cognoscendi [concurrat], nam hoc est considerare illud sub ratione communi cognoscibilis, nam materialiter quid sit res cognoscibilis non potest tam in universali disputari. Sed de ea re dicemus in sequentibus.

3-4 potentiis... animarum *SP*, sensitivis (III, Prol.) *L*. 4 aliae... animae *S*, istae *P*. 8-11 quamvis... tractabimus *SP*, *om. L*. 11 potentiis *om. P*. 11 namque *SL*, enim *P*. 11 111] 109 *S*. 12 vitabimus *P*, *om. S*. 12 praeterea *add.* quod praecipue intendimus *L*. 12-3 intelligemus *SL*, intelligetur *P*. 13 ordinem *SL*, ordo *P*. 13 et connexionem *SL*, *om. P*. 13 quam *SL*, quem *P*. 13 habent *SL*, observant *P*. 14 reperiuntur *add.* tamquam *L*.

1 4 his *P*, *om. S*. 5 videlicet *S*, scilicet *P*, *om. L*. 6 concurrat *PL*, concurrant *S*. 8 in universali *S*, universaliter *PL*. 8 re *add.* progressu *L*.

DISPUTA QUINTA

Las potencias cognoscitivas en general

Hemos hablado de las facultades del alma vegetativa; queda por hablar de las facultades de las otras dos almas. Por tener las otras dos almas más puntos de coincidencia entre sí que con el alma vegetativa —una y otra son principio de conocimiento— parece necesario, antes de hablar de sus facultades en particular, estudiar la dimensión común en que coinciden sus facultades; dimensión que Aristóteles dejó sin estudiar. Hablaremos, por lo tanto, en primer lugar de las facultades cognoscitivas en general; seguidamente descenderemos a cada una de las facultades en particular. Después siguiendo el mismo orden trataremos de las facultades apetitivas. De esta manera evitaremos por una parte la repetición de muchas cuestiones y comprenderemos por otra el orden y la conexión que guardan todas estas facultades en el hombre, en el cual se encuentran todas ellas radicadas en un solo principio.

CUESTIÓN 1.ª

¿Exige el acto cognoscitivo una unión del objeto con la facultad?

1 Puestos a tratar de estas facultades empecemos por su objeto. El único punto posible de investigación en torno a él considerado en general parece ser el de cómo concurre al acto cognoscitivo. Esto es considerarlo bajo la dimensión común de cognoscible, pues la consideración material de la esencia de lo cognoscible no admite una discusión de alcance tan universal. De este problema hablaremos en las páginas siguientes.

In proposita ergo quaestione pars negativa videtur vera.

1.° Quia terminus / actionis non praerequiritur ad actionem in ipso agente; obiectum autem cognoscibile est terminus cognitionis; ergo, etc. *P188*

2.° Vel est necessarium obiectum coniungi potentiae secundum suum esse reale, aut secundum aliquam illius similitudinem. Non primum —patet enim discurrendo—: Intellectus enim cognoscit equum quem realiter intra se non habet. Et de sensibus ait ′Aristoteles [1] quod sensibile supra sensum non causat sensationem. Secundum etiam necessarium non est, nam fictum videtur huiusmodi similitudines et species fingere.

2 In hac re est opinio asserens coniunctionem obiecti cognoscibilis cum potentia cognoscente non esse necessariam ad cognoscendum. Quod in virtute asserunt omnes qui negant species intentionales sensibiles vel intellectuales.

Quam opinionem tribuit Galeno Gregorius Nyssenus, *lib. De viribus animae, cap. 2.* [2] Et Augustinus, *lib. De quantitate animae, cap. 23,* [3] videtur asserere visionem non fieri per hoc quod potentia aliquid recipiat. Idem tenet Seneca, *lib. 1 Naturalium quaestionum.* [4] Idem tribuunt Platoni [5] Plotinus, *Enneade* [*4*], [6] Porphyrius, *lib. De sensu.* [7] Consentiunt huic opinioni Ockham, in *2, dd. 16* et *18;* [8] Gabriel, *d. 3, q. 2.* [9] Durandus vero, *d. 3, q. 6, n. 11,* [10] et *d. 13, q. 2,* [11] non negat species, tamen ait nihil conducere ad cognoscendum, "sed dum obiectum —inquit— visui obicitur, statim videtur, non propter species, sed quia hoc est visivum, illud visibile".

A l i i vero, licet concedant in sensibus necessarium esse obiectum coniungi potentiae vel per se vel per aliquam sui similitudinem,

10 videtur *S,* apparet *PL.* 13 etc. *om. P.* 15 aut *S,* vel *PL.* 16 patet enim discurrendo *om. L.* 16 enim *S,* ut *P.* 16 equum *SP,* hominem *L.* 17 quem *SL, om. P.* 17 sensibus *SL,* habentibus *P.* 19-20 nam fictum... fingere *SP,* cum fictitiae videantur hujusmodi species (III 1, 1) *L.*

2 21 cognoscibilis *SL, om. P.* 22 cognoscente *SL, om. P.* 27 potentia *S,* potentiae *P.* 28 recipiat *S,* recipiunt *P.* 29 4 *P, om. S.* 31 q. 2, *add.* notab. 4 circa primam et secundam conclusionem, quamvis in tertia conclusione addat in sensu exteriori interdum imprimi quod tamquam reale obiectum sit partiale principium sensationis (III 1, 2) *L.* 32 species *add.* intentionales sensibilium objectorum (III 1, 2) *L.* 32 cognoscendum *add.* sed quae sint participationes quaedam colorum, v. g., et similium qualitatum naturaliter ab eis fluentes, eo modo, quo lumen procedit a luce... (Ib.) *L.* 32-3 sed... videtur *SP, Nam dum objectum,* inquit, *visui objicitur,* conspicitur quidem (Ib.) *L.* 35 vero *add.* auctores *PL.*

[1] *De an.* A 7: 419 a 11-13; 25-28
[2] Ps. Greg. Nyss. = Nemesius, *De nat. hom.*, cap. 7: PG 40, 639 sq.
[3] XXIII 42 sq.: PL 32, 1059 sq.
[4] cap. 3
[5] *Cfr. Tim.* 45 b sqq.
[6] *Enn. IV* 5, 1 sqq.
[7] ?
[8] O. c., ff. [313-315v; 318v-324]
[9] *Sent.* II: o. c., t. I
[10] *Sent.* II: o. c., f. 139v, col. 1
[11] *Ib.*, nn. 6 sqq.: o. c., ff. 155 sq.

En la cuestión enunciada, una respuesta negativa parece la verdadera.

Primera razón: El término de la acción en el sujeto mismo activo no es un prerrequisito para la acción. Ahora bien, el objeto cognoscible es término de conocimiento. Luego.

Segunda razón: La unión necesaria del objeto con la facultad o lo es en su propio ser real o en algún tipo de semejanza suya. Lo primero no. Es evidente por inducción: cuando el entendimiento conoce un caballo, no lo tiene realmente dentro de sí. Y con relación a los sentidos dice Aristóteles que el objeto sensible no causa la sensación colocándose encima del sentido. Tampoco el segundo extremo es necesario: ilusorio parece imaginar tales semejanzas y especies.

2 Hay en este tema una opinión que sostiene no ser necesaria para el conocimiento la unión del objeto cognoscible con la facultad cognoscente. Virtualmente la sostienen todos los que niegan las especies intencionales sensibles e intelectivas.

S. Gregorio Niseno en el *lib. De viribus animae, cap. 2* atribuye esta opinión a Galeno. También S. Agustín en el *lib. De quantitate animae, cap. 23* parece afirmar que la visión no tiene lugar por algo que la facultad reciba. La misma afirmación hace Séneca en el *lib. 1 Naturalium.* También atribuyen a Platón esta opinión Plotino en *Enneade 4,* Porfirio en el *lib. De sensu.* Están de acuerdo con ella Ockham *en 2, d. 16* y *18,* Gabriel en *d. 3, q. 2.* Durando en *d. 3, q. 6, n. 11* y en *d. 13, q. 2* no niega las especies, pero afirma que no contribuyen en absoluto al acto de conocer: "en cuanto el objeto —son sus palabras— se ofrece a la vista, al punto es visto no por razón de las especies, sino porque la vista es visiva y el objeto visible".

Otros hay que admiten para los sentidos la necesidad de unión del objeto con la facultad en su ser real o en algún tipo de imagen suya; lo niegan, sin embargo, en el caso del entendimiento. Esta unión —ra-

tamen in intellectu hoc negant, nam haec coniunctio —inquiunt— solum est necessaria, ut obiectum excitet potentiam ad operandum, ut visus non poterit videre, nisi excitetur ab obiecto visibile. [Tamen] in intellectu haec necessitas non habet locum, nam intellectus, cum sit spiritualis, non potest excitari ad operandum ab obiecto materiali, sed excitatur a cognitione sensuum, nam cum eadem anima sit quae sentit et intelligit, ideo quando aliquid apprehendit per sensum, statim excitatur ad cognoscendum per intellectum exactius. Et haec opinio specialiter hoc fingit, ut fugiat difficultates quae occurrerent in modo productionis specierum intelligibilium. Et hoc / amplectitur maxime Durandus, *S111v* supra.[12] Quam etiam [opinionem] tenet Henricus[13] et Ioannes Bachonus, in *2, d. 6, q. 1.*[14]

3 Sit tamen p r i m a c o n c l u s i o : Unio obiecti cognoscibilis cum potentia est necessaria in omni cognitione.

Haec est communis fere omnium philosophorum et theologorum qui in potentiis / cognoscitivis ponunt similitudines ⌊quasdam⌋ obiecto- *P188v* rum, ut per ⌊illas⌋ obiecta ⌊uniantur⌋ potentiis; et eas vocant species intentionales. Species quidem, quia sunt formae repraesentantes; intentionales vero, non quia entia realia non sint, sed quia notioni deserviunt, quae intentio dici solet. Tenet [hanc sententiam] Aristoteles, infra, hoc libro, *cap. 12.*[15] Et infra, *lib. 3,* [*cap. 1, alias 4*],[16] ait quod intellectus, ut intelligat, debet fieri ipsa intelligibilia, et ad hoc ponit intellectum agentem.

Idem [habuit] Plato,[17] qui posuit intellectum nostrum a principio suae creationis habere inditas omnium rerum species. Et in *lib. De causis* —qui Proclo tribuitur—, *prop. <177>,*[18] dicitur intelligentias esse plenas formis, id est, speciebus. Et Dionysius, *cap. 7 De divinis nominibus,*[19] ponit Angelos a principio plenos speciebus omnium rerum. Et D. Augustinus, *2 Super Genesim ad litteram,*[20] ait Deum semel produxisse res omnes in se ipsis; et ⌊iterum⌋ in intellectibus angelicis, dando scilicet ipsis similitudinem omnium rerum. Idem [tenet] *11 De Trinitate,*

---

37 inquiunt *S,* ut putant *P.* 38 ²ut *S,* et *P,* enim *L.* 39 Tamen *P, om. S.* 43 ideo *praem.* et *S.* 45 occurrerent *S,* occurrunt *PL.* 47 opinionem *P, om. S.*
3 52 quasdam *PL,* quandam *S.* 53 illas *PL,* illam *S.* 53 uniantur *PL,* uniatur *S.* 56 hanc sententiam *PL, om. S.* 56 hoc *S,* 2 *PL.* 57 infra *om. PL.* 57 cap. 1... 4 *L, om. SP.* 60 habuit *P, om. S.* 62 qui *add.* liber *P.* 62 177] 10 *SPL.* 63 Dionysius *S, praem. S. P.* 65 D. *SL, S. P.* 66 omnes *om. PL.* 66 iterum *PL,* idem *S.* 67 ipsis *S,* illis *PL.* 67 tenet *P, om. S.*

---

[12] *Cfr. supra* not. 10.11
[13] ?
[14] *Sent.* II, d. 6, q. 1, a. 3, § 2
[15] *De an.* B 12: 424 a 17 sqq.
[16] *De an.* Γ 4: 430 a 2 sqq.
[17] *Cfr. Tim.* 52 a
[18] Liber *De causis* est compendium libri *De elementatione theologica* (Στοιχείωσις θεολογική): o. c., f. 47
[19] § 2: PG 3, 868 B
[20] II 8, 16: PL 34, 269

zonan— sólo se requiere para que el objeto mueva a la facultad a poner el acto; la vista, por ejemplo, no podrá ver si el objeto visible no la mueve. Esta necesidad, sin embargo, no tiene lugar en el caso del entendimiento. En efecto, el entendimiento, por ser espiritual, no puede ser movido por un objeto material a poner el acto; lo mueve el conocimiento sensible: al ser una misma el alma que siente y la que entiende, cuando aprehende algo mediante los sentidos al punto se siente movida a conocerlo con más exactitud mediante el entendimiento. Lo que ante todo pretende esta opinión con tal sutileza es escapar de las dificultades que saldrían al paso sobre la manera de producirse las especies inteligibles. Es lo que principalmente estudia Durando en el pasaje citado. La misma opinión sostiene Enrique y Juan Bacon en *2, d. 6, q. 1.*

3 Sea esta nuestra primera tesis: La unión del objeto cognoscible con la facultad es necesaria en todo conocimiento.

Es generalmente aceptada por casi todos los filósofos y teólogos; ponen en las facultades cognoscitivas determinadas imágenes de los objetos para unir por su mediación los objetos con las facultades; y las denominan especies intencionales. Especies, por ser formas representativas; intencionales, no porque no sean entes reales sino porque están al servicio del concepto que suele llamarse intención. Sostiene esta opinión Aristóteles algo más abajo en el *cap. 12* de este libro. Y más adelante en el *lib. 3, cap. 1, alias 4* dice que el entendimiento para entender necesita hacerse los inteligibles mismos; y con este fin pone el entendimiento agente.

Fue también opinión de Platón: según él nuestro entendimiento desde el principio de su creación lleva innatas las especies de todas las cosas. Y en el *lib. De causis* —atribuido a Proclo— en la *prop. 177* se lee que las inteligencias están llenas de formas, es decir, de especies. También Dionisio en el *cap. 7 De divinis nominibus* describe a los ángeles llenos de las especies de todas las cosas desde el primer instante. Y S. Agustín en *2 Super Genesim ad litteram* dice que Dios produjo todas las cosas una vez en sí mismas y otra vez en las inteligencias de los ángeles al darles la imagen de todas las cosas. La misma doctrina

cap. 2,[21] ubi dicit positionem specierum difficile posse persuaderi tardioribus ingeniis.

4 Et probatur conclusio inductione. Nam inter potentias cognoscentes quaedam cognoscunt intuitive, id est, obiecta sibi praesentia, ut sensus externi; aliae cognoscunt abstractive, id est, obiecta absentia, et in utroque genere potentiarum inveniemus esse necessariam coniunctionem obiecti cum potentia [ad cognoscendum], nam inter sensus externos, tactus et gustus requirunt obiecta materialiter coniuncta. An vero in illis detur coniunctio per species, necne, infra[22] dicitur.

In visu autem, qui inter omnes sensus potest ⌊percipere⌋ obiectum magis distans, multis experientiis cognoscuntur species provenientes ab obiecto:

Prima est, quia videmus nos ipsos in pupilla oculi alterius, quod non potest intelligi aliter fieri, nisi quia forma aliqua, repraesentans me ipsum, fiat in pupilla alterius.

Eadem experientia est de speculo. Quomodo enim visio fieri posset per speculum, nisi dimanaret aliquid a re usque ad speculum? Illud autem quod dimanat vocatur species.

Quod etiam explicatur, nam si quis obiectum visibile a tergo habeat, non videt [illud], tamen si oculis obiciatur speculum, videt rem a tergo existentem; ergo hoc est quia illud obiectum visibile, ratione speculi praesentis, aliter / immutat visum <nunc quam> antea. *P189*
Nam si obiectum [visibile] non magis agit nunc quam antea, non est cur magis videatur nunc quam antea, nisi forte dicas [videri], quia oculus mittit radios, qui reflexi in speculo deveniunt usque ad rem visam. Quod tamen infra[23] improbabitur. Si vero dicas non alia ratione videri nunc quam antea, nisi quia nunc est praesens oculis, et non antea, tunc urget argumentum, nam illa nova praesentia non potuit fieri sine aliqua mutatione vel actione; haec autem non est, nisi productio specierum.

---

68 persuaderi *S*, persuadere *P*, suaderi *L*.

4 70 Et *SL*, *om. P*. 70-1 cognoscentes *SL*, cognoscitivas *P*. 72 aliae *SL*, alia *P*. 73 inveniemus *SL*, inveniremus *P*. 74 ad cognoscendum *PL*, *om. S*. 77 In *SL*, de *P*. 77 autem *S*, vero *P*, etiam *L*. 77 omnes *SL*, *om. P*. 77 percipere *P*, recipere *S*. 80 Prima *SL*, 1^m^ *P*. 81 forma *S*, formula *PL*. 85 autem *SL*, vero *P*. 87 illud *PL*, *om. S*. 88 rem... existentem *SP*, *om. L*. 89 ratione *SL*, rationem *P*. 89 immutat... antea *S*, immittere speciem, quam antea immissiset (III 1, 5) *L*. 89 visum nunc *om. P*. 89 nunc quam] numquam (!) *S*. 90 visibile *PL*, *om. S*. 90 non magis *SP*, aliter (Ib.) *L*. 91 dicas *SL*, dixerit *P*. 91 videri *PL*, *om. S*. 92 mittit *S*, emittit *P*. 92 deveniunt *S*, perveniunt *P*, regrediantur *L*. 92 usque *SL*, *om. P*. 92 visam *SL*, existentem a tergo *P*, *add.* id enim praeterquam quod facilius (ut res habet) dici posset de objecto immitente species, quod ab speculo regrediantur ad oculum (III 1, 5) *L*. 94 quam *S*, et non *P*. 94 urget *SL*, viget *P*. 95 aliqua *add.* nova (Ib.) *L*. 96 autem *S*, vero *P*.

---

[21] XI 2, 3: PL 42, 987
[22] d. 7, q. 13, n. 1 sqq.
[23] d. 7, q. 4; *Cfr.* d. 5, q. 2, nn. 14 sqq.

en *11 De Trinitate, cap. 2* cuando dice que la admisión de las especies puede ofrecer dificultad a los cortos de talento.

4 Prueba de la tesis. Por inducción: Entre las facultades cognoscitivas hay unas que conocen por intuición, esto es, conocen objetos que les están presentes; es el caso de los sentidos externos. Otras conocen por abstracción; son las que conocen objetos ausentes. Pues bien, en uno y otro tipo de facultades nos encontraremos con que es necesaria la unión de objeto con facultad. En efecto, entre los sentidos externos el tacto y el gusto exigen la unión material con los objetos. El problema de si en ellos se da o no unión por medio de especies, más adelante.

La vista es entre todos los sentidos el que puede percibir un objeto a más distancia. Pues bien, hay múltiples datos de experiencia que nos dan a entender que las especies provienen del objeto.

El primero es que nos vemos a nosotros mismos en la pupila del ojo de otro. Esto no hay manera de explicarlo si no es porque algún tipo de forma representativa de mí mismo se produce en la pupila del otro.

Un dato idéntico de experiencia lo tenemos en el espejo: ¿cómo se podría producir la visión a través del espejo, si no dimanase de la cosa algo hacia el espejo? Pues bien, ese algo que dimana es lo que llamamos especie.

Otra aclaración: Si alguien tiene un objeto visible a la espalda, no lo ve; pero si le ponen un espejo delante de los ojos, ve el objeto que está a su espalda. Señal de que ese objeto, que se hace visible por la presencia del espejo, altera ahora la vista de otra manera que antes. En efecto, si el objeto visible no actúa ahora más que antes, no hay razón para que ahora se vea más que antes. Quizá se replique que la razón de verse es que el ojo despide unos rayos que, reflejados en el espejo, llegan hasta la cosa vista; explicación que rechazaremos más abajo. Si se insiste en que la única razón por la que se ve ahora y no antes es que ahora está presente a los ojos y antes no, entonces el argumento sigue apremiando: esa nueva presencia no pudo producirse sin algún tipo de alteración o acción; pues bien, tal acción no es otra cosa que producción de especies.

Item [est] alia / experientia. Nam res eiusdem magnitudinis, S112
si sit propinqua, videtur prout in se est; si distans, apparet minor; hoc autem esse non potest, nisi quia aliter emittit species cum est propinqua, quam cum est distans.

Similis experientia est de baculo qui apparet fractus in aqua, et de denario qui maior apparet in aqua; et similia quae non fiunt, nisi propter refractionem specierum, vel aliis rationibus desumptis ex speciebus, ut perspectivi demonstrant.

5 De potentiis autem abstractive cognoscentibus probatur idem. Nam de imaginatione experimur nos quod intra illam formamus similitudines [quasdam] rerum quas cognoscimus.

Item, memoria, reminiscentia [et] insomnia sine speciebus minime fieri possent, ut Aristoteles [testatur], *lib. De memoria et reminiscentia,* [24] et *lib. De insomniis.* [25]

Et ratio est. Quia si [in] absentia rei nihil manet intra potentiam, non posset potentia ipsa memorari rei absentis, sed ita se [haberet] ac si illam numquam cognovisset. Et idem argumentum est de intellectu. Et hoc etiam concludit dari has species in sensibus externis, quia nihil potest ad interiores potentias pertransire, nisi per exteriores sensus. Constat ergo dari in omnibus potentiis species rerum cognoscibilium, et hoc non alia ratione, nisi ut obiectum cognoscibile uniatur potentiae; ergo haec unio necessaria est.

Ratio autem a priori esse potest. Nam modus cognoscendi est per assimilationem cognoscentis ad rem cognitam, et dum res cognoscitur, quasi trahitur ad cognoscentem / ut unusquisque experitur in P189v
modo suae cognitionis. Propter hoc ergo necessarium est, ut ipsum cognoscibile uniatur cognoscenti, ut melius possit perfici unio et assimilatio, quae fit per actum cognitionis.

Alia ratio reddi potest. Quia potentia cognoscitiva est communis et indifferens, et ideo, ut determinetur ad hoc obiectum in par-

97 est *PL, om. S.* 97 112] 110 *S.* 98 minor *S,* minoris magnitudinis *P,* minus *L.* 102 maior *S,* maius *P.* 102 ^{2}aqua *add.* de senum (!) denique inspecillis nonnullis, per quae minuta quaeque, ac si grandia essent conspiciuntur (III 1, 5) *L.* 106 nos *om. P.* 107 quasdam *PL, om. S.* 107 quas cognoscimus *SP,* corporearum *L.* 108 memoria *SL, om. P.* 108 insomnia *SP, om. L.* 109 testatur *PL, om. S.* 111 in *PL, om. S.* 112 non posset... haberet *S,* non posset sane illam cognoscere, utpote per adversarios ita se habens (III, 1, 6) *L.* 112 haberet *P,* hērent [= haberent] *S.* 113 illam *om. PL.* 114 externis *SL,* exterioribus *P.* 115 potentias *SP, om. L.* 120 dum *SL,* quando *P.* 121 ut *SL,* et *P.* 121 unusquisque *add.* apud se *L.* 123 unio *P,* unico *S.* 124 cognitionis *add.* cum vero talis unio inter potentiam et obiectum aliquando impossibilis sit, aliquando improportionata, concedenda erit intentionalis, quae fit per vicariam obiecti speciem (III 1, 7) *L.* 126 indifferens *add.* ad operandum circa hoc, vel illud obiectum (Ib.) *L.* 126 hoc

[24] 450 a 25 sqq. (et passim in hoc libro)

[25] 458 a 33-462 b 11 (per totum librum)

Otro dato de experiencia: Un objeto sin cambiar de magnitud se ve en su propio tamaño, cuando está cerca; y parece menor, cuando está lejos. Ahora bien, esto es inexplicable, si no emite especies de distinta manera cuando está cerca que cuando está lejos.

Un dato semejante de experiencia es el del bastón: en el agua aparece refractado; y el de la moneda que en el agua parece mayor; y otros por el estilo. Todo ello no se debe más que a la refracción de las especies o a otras razones basadas en las especies, como demuestran los perspectivistas.

5 Prueba respecto de las facultades que conocen por abstracción. En cuanto a la imaginación, la experiencia nos da que dentro de ella formamos determinadas imágenes de las cosas que conocemos.

Asimismo la memoria, el recuerdo y los sueños, si no hay especies, son absolutamente imposibles. Aristóteles lo dice expresamente en el *lib. De memoria et reminiscentia,* y en el *lib. De insomniis.*

La razón es ésta: Si ausente el objeto nada queda dentro de la facultad, sería imposible a la propia facultad el recuerdo del objeto ausente; se comportaría como si nunca lo hubiese conocido. El argumento es el mismo en el caso del entendimiento. Esto nos lleva también a la conclusión de que dichas especies se dan en los sentidos externos: nada puede pasar a las facultades internas si no es a través de los sentidos externos. Es, pues, manifiesto que se dan en todas las facultades especies de los objetos cognoscibles, con el fin exclusivo de unir el objeto cognoscible a la facultad. En definitiva, es necesaria dicha unión.

Una razón *a priori* puede ser ésta: El mecanismo del conocimiento es por asimilación del cognoscente al objeto conocido; en tanto el objeto está siendo conocido, es atraído, por así decir, hacia el cognoscente. Es una experiencia que todo el mundo tiene en el mecanismo de su propio conocimiento.

Otra razón posible es ésta: La facultad cognoscitiva tiene un carácter de generalidad e indiferencia; para determinarse a conocer

ticulari cognoscendum, indiget aliqua coniunctione ad ipsum obiectum, quia non est a quo possit determinari, nisi ab obiecto.

F o r t e d i c i t u r quod determinatur a praesentia extrinseca obiecti; sed hoc imprimis non habet locum, nisi [in] externis sensibus.

Et p r a e t e r e a, in illis non satisfacit, nam potentia debet determinari [per] aliquid quod sit intrinsecum, nam si extrinsecum obiectum nihil ageret in potentia, neque potentia in obiectum, non posset obiectum potentiam determinare.

6 *An species inhaereat in organo, an in ipsa potentia.*—S e c u n d a c o n c l u s i o sequitur ex dictis: Quando obiectum unitur potentiae, media specie, necesse est ipsam speciem esse intrinsece in potentia cognoscente.

Haec conclusio est contra illos qui asserunt in intellectu non esse intrinsece species intelligibiles, sed illi sufficere phantasmata [ipsa]. Et etiam contra Simplicium[26] et Philoponum,[27] hic, *cap. 5,* qui aiunt species [sensibiles] non recipi in potentia ipsa sensitiva, sed in organo illius, quia Aristoteles, *7* ⌊*Physicorum*⌋, *cap. 2,*[28] ait sensationem fieri patiente ⌊aliquid⌋ / ipso corpore, id est, organo; tamen ibi non excludit *S112v*
potentiam.

Conclusio ⌊tamen nostra⌋ est Aristotelis et D. Thomae,[29] et discipulorum eius, de qua Capreolus, in *3, d. 14, q. 1;* et in *2, d. 3, q. 2;* Ferrariensis, *2 Contra Gentes, cap. 82.*[30]

Et p r o b a t u r conclusio.

1.° Ex dictis pro prima conclusione, nam omnes ponunt in intellectu Angeli species rerum, ubi autem non est organum in quo sint; [sunt] ergo in ipsa potentia. Et idem est de intellectu nostro, nam species illius manent cum ipso in anima separata, iuxta illud Hieronymi: "Discamus ⌊in terris⌋, quorum scientia nobiscum perseveret [in caelis]".[31]

Et r a t i o est. Nam species ponuntur ad actuandam potentiam, non ⌊ad actuandum⌋ organum; forma autem debet esse in eo quod

---

obiectum *SP, om. L.* 127 aliqua *SL,* alia *P.* 127 coniunctione *add.* et unione *P.* 127 ad ipsum obiectum *SL,* cum obiecto ipso *P.* 127 obiectum *add. iter.* in particulari cognoscendum *S.* 128 quia... obiecto *SP, om. L.* 128 obiecto *add.* suo *P.* 130 in *PL, om. S.* 131 potentia *SP,* intrinseca indifferentia potentiae (Ib.) *L.* 132 per *PL, om. S.* 132 aliquid quod] quod aliquid *S.* 132 quod sit *om. P.* 132 intrinsecum *praem.* ipsi *P.* 133 neque *SL,* nec *P.*

6 135 An... potentia] *S in fol. 110ᵛ in principio.* 136 dictis *S,* his *PL.* 139 asserunt *S,* dicunt *P.* 140 ipsa *PL, om. S.* 141 5 *SL,* 2 *P.* 141 aiunt *S,* dicunt *P,* volunt *L.* 142 sensibiles *PL, om. S.* 143 illius *SL,* ipsius *P.* 143 Physicorum *PL,* Meth. *S.* 144 aliquid *L,* aliquo *SP.* 144 ipso *SL, om. P.* 146 tamen nostra *P,* notanda *S.* 152 sunt *PL,* fiunt *S.* 154 in terris *PL,* interius (!) *S.* 154 in caelis *PL, om. S.* 155 Et *om. PL.* 155 ratio *add.* conclusionis *PL.* 156 ac actuandum *P,* abstrahendum (!) *S.*

---

[26] *De an.* II, partic. 51 sqq.: o. c., ff. LIIᵛ sqq.

[27] *De an.* II: o. c., f. [48ᵛ]

[28] 244 b 10 sqq.

[29] 1 p., q. 14, a. 1

[30] CG II, c. 82

[31] ?

este objeto en particular, necesita por eso algún tipo de unión con el objeto mismo: pues, ¿quién sino el objeto podría determinarla?

Quizá se replique que queda determinada por la presencia extrínseca del objeto. Pero esta explicación en primer lugar solo tiene aplicación en el caso de los sentidos externos.

Y en segundo lugar, aun en este caso no satisface. En efecto, la facultad debe determinarse por medio de algo que le sea intrínseco; si el objeto extrínseco no actuase para nada en la facultad ni la facultad en el objeto, el objeto no podría determinar la facultad.

6 *¿La especie es inherente al órgano o a la facultad misma?*—La segunda tesis es una consecuencia de la anterior: Cuando el objeto está unido a la facultad mediante la especie, es preciso que la especie misma se dé intrínsecamente en la facultad cognoscitiva.

La tesis está puesta contra los que afirman que en el entendimiento no se dan intrínsecamente especies inteligibles; los actos mismos de la fantasía le bastan. También contra Simplicio y Filópono, al tratar el tema en el *cap. 5;* las especies sensibles, según ellos, no se reciben en la facultad sensitiva misma sino en su órgano, pues Aristóteles en *7 Physicorum, cap. 2* afirma que la sensación se produce con alguna alteración del propio cuerpo, es decir, del órgano; en el pasaje, sin embargo, no se hace exclusión de la facultad.

No obstante nuestra tesis es la misma de Aristóteles y Santo Tomás y de sus discípulos. Consúltese Capréolo en *3, d. 14, q. 1;* y en *2, d. 3, q. 2;* Silvestre de Ferrara en *2 Contra Gentes, cap. 82.*

Prueba de la tesis.

Nos basamos en primer lugar en las razones que avalan la primera tesis: Todos admiten en el entendimiento de los ángeles especies de las cosas. Ahora bien, en este caso no hay órgano en que puedan estar. Luego están en la facultad misma. Lo propio ocurre con nuestro entendimiento: sus especies siguen en él cuando el alma se separa, según aquello de S. Jerónimo: "Acumulemos en la tierra los saberes que nos acompañarán en el cielo".

La razón es ésta: la finalidad de las especies es poner en acto la facultad, no el órgano. Ahora bien, la forma ha de situarse en aquello que ella pone en acto. Luego las especies se dan en la facultad y no en

actuat; ergo sunt in potentia, et non in organo, sed potius organum deservit tamquam medium ad ⌊receptionem⌋ specierum, et ad hoc est proportionatum, ut in sequentibus[32] videbimus. Ergo species debent recipi in ipsa potentia.

Et ideo Aristoteles infra[33] ait quod sensus in actu fit ipsum sensibile in actu. Et *tx. 121,*[34] ait quod sensus recipit species a sensibili. Idem *lib. 2, cap. <5>,*[35] et *lib. 3, cap. 5.*[36] Et D. Thomas, *1 p., q. 14, a. 1,* ait quod ⌊natura⌋ cognoscitiva / ut sic non tantum est perfectibilis *P190* per propriam formam, sed etiam per formas aliarum rerum, dum earum species recipit.

7 Ex quibus colligitur falsum esse intellectum sufficienter determinari per phantasmata.

1.° Quia phantasma, cum sit quid materiale et [in] inferiori potentia existens, non potest esse sufficiens ad operationem spiritualem potentiae superioris.

Item, phantasma non potest determinare intellectum ut forma inhaerens, neque ut obiectum, quia intellectus non cognoscit rem in phantasmate, neque ut cooperans cum intellectu, quia cum sit materiale non potest cooperari ad actum spiritualem; ergo.

Praeterea, intellectus est potentia alterius ordinis ab omni potentia sensitiva; ergo in proprio ordine habet omnia requisita ad ⌊actum⌋ cognitionis; haec autem sunt potentia et obiectum illi unitum; ergo in proprio ordine spirituali hoc habet. Illa autem unio fit per species; ergo habet proprias species a sensibilibus distinctas.

Item, nam qua ratione intellectus ⌊determinatur⌋ a phantasmatibus, eadem sensus interior determinaretur [a cognitione] sensuum externorum, et ita non haberet proprias species, quod est [contra] experientiam.

Si dicas quod sensus interior indiget propriis speciebus, ut ⌊illas observet⌋ in absentia obiecti, idem dicitur de intellectu. Habet enim vim ad conservandas proprias species, ut infra[37] videbimus.

157-9 ergo sunt... videbimus *SP, om. L.* 157 non *add.* tm̄ [= tantum] (!) *S.* 159 in sequentibus *S,* infra *P.* 161 ideo *SL,* ita *P.* 163 5] 6 *SPL.* 163 cap. 5 *add.* de intellectu et intelligibili *PL.* 163 Et *S,* idem *P.* 164 natura *P,* notitia (!) *S.*

7 169 in *PL, om. S.* 173 inhaerens *add.* illi, quia est materiale (III 1, 9) *L.* 173 neque *SL,* nec *P.* 174 neque *SL,* nec *P.* 175 ergo *SL, om. P.* 178 actum *PL,* tactum (!) *S.* 178 potentia *SL,* potentiae *P.* 179 unio *SL, om. P.* 181 determinatur *P,* determinantur *S.* 182 determinaretur *S,* determinatur *P.* 182 a cognitione *P,* ad cognitionem (!) *S.* 182-3 externorum *S,* exteriorum *PL.* 183 contra *PL, om. S.* 186 illas observet *P,* illam observat (!) *S.*

---

[32] d. 5, q. 2, n. 28
[33] *De an.* B 11: 424 a 1 sq.
[34] *De an.* B 12: 424 a 17 sqq.
[35] 417 a 6 sq.; 17
[36] 430 a 10-17
[37] d. 5, q. 2, n. 6; d. 9, q. 10, nn. 2 sqq.

el órgano; el órgano más bien cumple la función de medio en orden a la recepción de las especies; función para la que está debidamente equipado, como veremos en las páginas siguientes. Luego las especies han de recibirse en la facultad misma.

Justamente por eso Aristóteles líneas más abajo dice que el sentido en acto se hace sensible en acto. Y en el *tx. 121* dice que el sentido recibe las especies del sensible. La misma afirmación en el *lib. 2, cap. 5;* y en el *lib. 3, cap. 5.* Santo Tomás en *1 p., q. 14, a. 1* dice que la naturaleza cognoscitiva como tal no solo es susceptible de perfección por su propia forma, sino también por las formas de las otras cosas recibiendo las especies de ellas.

7 De aquí se desprende una conclusión: Es falso que el entendimiento queda determinado suficientemente con los actos de la fantasía.

Razones: En primer lugar el acto de la fantasía, por su índole material y su existencia en una facultad inferior, no puede bastar en orden a la operación espiritual de una facultad superior.

Asimismo, el acto de la fantasía no puede determinar el entendimiento como forma inherente ni como objeto: el entendimiento no conoce la cosa en el acto de la fantasía; tampoco en calidad de colaborador con el entendimiento: su índole material no le permite colaborar a un acto espiritual. Luego.

Además, el entendimiento es una facultad de orden distinto al de toda facultad sensitiva. Tiene, por tanto, en su propio orden todos los requisitos para el acto cognoscitivo, y éstos son la facultad y el objeto que se le une. Luego los tiene en su propio orden espiritual. Ahora bien, esa unión se realiza por medio de las especies. Luego tiene sus especies privativas distintas de las sensibles.

Asimismo, la razón para probar que el acto de la fantasía determina al entendimiento, valdría igualmente para probar que el conocimiento de los sentidos externos determina al sentido interior; entonces no tendría éste sus especies privativas, contra toda experiencia.

Si se replica que el sentido interno necesita sus especies privativas con el fin de conservarlas en ausencia del objeto, la afirmación vale igualmente del entendimiento: también él es capaz de conservar sus propias especies, como veremos más adelante.

Ultimo arguitur. Nam vel intellectus noster est capax specierum intelligibilium, vel non. Si primum, ergo recipiet illas, nam inconveniens est quod intellectus, dum est in corpore, careat [semper] forma sibi naturali et perfectione necessaria ad intelligendum. Si secundum, ergo separatus a corpore non potest naturaliter recipere species intelligibiles; ergo non potest naturaliter / intelligere, quia non *S113*
sunt phantasmata [ibi] a quibus determinetur.

Et tandem, nam in eodem subiecto sunt habitus et species; sed habitus intellectuales sunt subiective in intellectu; ergo et species intelligibiles, nam habitus [cognoscitivus] ponitur ad facilitandam potentiam in debito usu specierum.

8 Ad argumenta ergo in principio respondetur quod terminus productus per actionem non potest esse principium actionis; obiectum vero potentiae cognoscitivae non est terminus productus, et ideo potest praerequiri ad actionem.

/ Ad secundum negatur species has esse fictas, [sed esse *P190v*
quaedam entia realia].

QUAESTIO 2.ª

Quidnam sint species intentionales

1 Quoniam species sunt quasi instrumenta quaedam per quae communiter obiectum cognoscibile unitur potentiae cognoscitivae, ideo necessarium est perfecte illas cognoscere. Et primo supponendum est huiusmodi species esse entia realia. Probavimus enim illas esse, et hoc est esse entia realia, nam quod [non] habet entitatem realem, non est. Quo supposito, quaerimus, an sint [substantiae] vel accidentia, an [entia] spiritualia vel materialia, et quem modum essendi habeant.

2 Prima conclusio: Omnes istae species sunt accidentia quaedam.

Probatur inductione. Nam de speciebus sensuum exteriorum id constat, nam fiunt ab exterioribus accidentibus sensibilibus, et ab illis dependent in fieri et conservari.

---

190 semper *PL, om. S.* 191 forma sibi *P,* sibi forma *S.* 191 perfectione *add.* illi *P.* 193 113] 111 *S.* 194 ibi *PL, om. S.* 195 Et *om. PL.* 197 cognoscitivus *PL, om. S.*

8 201 cognoscitivae *add.* per cognitionem productum (III 1, 9) *L.* 203 fictas *add.* ut satis probatum est, patefietque amplius sequenti capite (Ib.) *L.* 203-4 Sed... realia *P, om. S.*

1 3-4 communiter *SL, om. P.* 5 Et *S,* ergo *P.* 5-6 huiusmodi *SL,* has *P.* 7 nam quod... est *SL, om. P.* 7 non *L, om. S.* 8 substantiae *L,* substantia *SP.* 8 entia *PL, om. S.*

2 10 Prima *add.* ergo *P.* 10 conclusio *add.* sit *P.* 14 fieri et *SP, om. L.*

Última razón: Nuestro entendimiento o es capaz de tener especies inteligibles o no lo es. Si lo es, las recibirá, pues es un inconveniente que el entendimiento, mientras está en el cuerpo, esté siempre privado de una forma que le es connatural y de una perfección necesaria para el acto intelectivo. Si se admite la segunda alternativa, la consecuencia es que separado del cuerpo no puede recibir de modo natural especies inteligibles. Luego no puede entender naturalmente, al no haber en él actos de la fantasía que lo determinen.

Finalmente, en un mismo sujeto se dan hábitos y especies. Ahora bien, los hábitos intelectuales se inscriben subjetivamente en el entendimiento. Luego también las especies inteligibles, pues la finalidad del hábito cognoscitivo es ayudar a la facultad en el recto empleo de las especies.

8 Respuesta a los argumentos puestos al principio: El término producido por la acción no puede ser principio de la acción. Ahora bien, el objeto de la facultad cognoscitiva no es término producido, y por lo mismo puede exigirse como requisito previo a la acción.

Respuesta al segundo argumento: Negamos que esas especies sean ficciones; constituyen un tipo determinado de entes reales.

CUESTIÓN 2.ª

Esencia de las especies intencionales

1 Como las especies son a manera de instrumentos por los que de ordinario se verifica la unión del objeto cognoscible con la facultad cognoscitiva, es necesario tener perfecto conocimiento de ellas. Ante todo hay que partir del supuesto de que dichas especies son entes reales. En efecto, hemos probado que existen; pues bien, en esto consiste ser entes reales: lo que no tiene entidad real no existe. Hecha esta puntualización preguntamos: ¿son sustancias o accidentes, entes espirituales o materiales? ¿Qué tipo de ser tienen?

2 Primera tesis: Todas estas especies son accidentes.

Prueba por inducción: Es manifiesto en las especies de los sentidos externos, pues las producen los accidentes sensibles externos y de ellos dependen en su producción y conservación.

I t e m , quia non potest fingi quae ⌊substantiae⌋ sint, nec est necesse quod sint substantiae ad munus ad quod ordinantur, nempe ad movendum ⌊sensum⌋ et actuandum illum, sed satis est quod sint qualitates.

I t e m , quia nullum est agens a quo producantur, nec possent ⌊pervenire⌋ usque ad sensum instantanea mutatione, ut experimur ⌊pervenire⌋ species visibiles.

De speciebus ⌊quoque⌋ intelligibilibus id est certissimum. Non enim possunt esse aliquae substantiae spirituales quae de novo creentur.

3 De ⌊speciebus⌋ autem sensus interioris, quae phantasmata appellantur, fuit opinio quorundam, quod non sunt accidentia, sed corpuscula quaedam, nempe spiritus <quidam> animales in cerebro existentes repraesentantes res ipsas sensatas, sive per substantias suas, sive per accidentia illis inhaerentia, quoniam si phantasmata inhaererent interno sensui, semper moverent illum ad operandum, atque adeo semper cognosceret.

I t e m , quia per laesionem cerebri amittuntur saepe haec phantasmata; ergo sunt corpuscula aliqua quae corrumpuntur.

Sed quod in his etiam verificetur conclusio, p r o b a t u r .

1 . ° A paritate rationis, nam si in omnibus aliis potentiis, tam perfectioribus, quam minus perfectis, sufficiunt accidentia, cur non in phantasia? Maxime cum eaedem rationes procedant de [illa], nempe quod ad munus illarum specierum sufficit quod sint accidentia, et quod non est agens / a quo producantur [illae substantiae]. *P191*

I t e m est argu/mentum, nam tales substantiae deberent esse *S113v*
materiales et corporeae; occuparent ergo loca; ergo non possent innumera phantasmata in angustissimo ⌊cerebro⌋ contineri, nam huiusmodi phantasmata tantum repraesentant res individuas. Experimur enim nos habere [in memoria innumera] phantasmata rerum singularium; non posset ergo cerebrum tot capere si essent corpuscula occupantia loca.

Neque rationes factae urgent, nam sicut intellectus habens species omnium rerum sibi inhaerentes, non semper res illas actu intelligit, ita

---

15 substantiae *L*, subâ [= substantia] *SP*. 17 sensum *PL*, sensuum (!) *S*. 19 nullum est *SL*, non potest fingi *P*. 20 pervenire *PL*, provenire *S*. 20 instantanea *S*, brevissima *P*, tam brevi *L*. 20-1 pervenire *P*, provenire *S*. 22 quoque *L*, autem *S*, *om. P*. 23 spirituales *add.* praeter humanas animas (III 2, 2) *L*.

3 24 specibus *PL*, potentijs (!) *S*. 25 quod non... sed *SP*, *om. L*. 26 nempe *om. P*. 26 quidam] quosdam *SP*. 28 illis *SP*, ipsis spiritibus *L*. 29 cognosceret *S*, deberet cognoscere *PL*, *add.* quod falsum esse liquet experimento (III 2, 3), *L*. 30 saepe *SL*, *om. P*. 35 de illa nempe *S*. *om. L*. 35 illa *P*, illis *S*. 36 illarum *S*, earum *P*. 36 specierum *om. P*. 37 illae substantiae *P*, *om. S*. 38 est argumentum *om. P*. 38 nam *SL*, quia *P*. 39 loca *S*, locum *PL*. 40 angustissimo *SL*, uno *P*. 40 cerebro *PL*, loco *S*. 40 contineri *S*, recipi *P*. 40 nam *S*, quia *P*. 41 enim *S*, tamen *P*. 41 nos *S*, non (!) *P*. 42 in memoria innumera *P*, *om. S*. 43 ergo *S*, autem *P*. 43 loca *S*, locum *PL*. 44 sicut *S*, etiam *PL*.

Asimismo, no cabe imaginar qué tipo de sustancias puedan ser. Por lo demás, la función a la que están ordenadas —mover y actuar el sentido— no exige que sean sustancias, basta que sean cualidades.

Asimismo, no hay sujeto activo que produzca tales sustancias. Tampoco podrían llegar al sentido por alteración instantánea, como nos da la experiencia que llegan las especies visibles.

Lo mismo se cumple en las especies inteligibles con absoluta certeza: no es posible que sean determinadas sustancias espirituales que se crean de improviso.

3 Sobre las especies del sentido interior, que se denominan actos de la fantasía, hubo algunos que sostuvieron la opinión de que no son accidentes sino unos corpúsculos, es decir, unos espíritus animales que existen en el cerebro y representan, por sus propias sustancias o por accidentes inherentes a ellos, los objetos percibidos por los sentidos. Razón: si los actos de la fantasía fueran inherentes al sentido interno, lo estarían impulsando siempre a la acción y en consecuencia siempre estaría conociendo.

Otra razón: A menudo estos actos de la fantasía por lesión de cerebro se malogran. Son, por tanto, corpúsculos que se destruyen.

No obstante nuestra tesis es válida también en estas especies. Prueba.

Ante todo, un argumento de analogía: Si en todas las demás facultades, tanto en las más perfectas como en las que lo son menos, es suficiente la explicación de los accidentes, ¿por qué no en la fantasía? Máxime cuando las mismas razones tienen aplicación a ella: para desempeñar su función basta con que tales especies sean accidentes; y además no hay sujeto activo que produzca estas sustancias.

Otro argumento: estas sustancias tendrían que ser materiales y corpóreas; en consecuencia, ocuparían lugar. Los innumerables actos de la fantasía no cabrían, por tanto, en el cerebro, de dimensiones tan angostas: tales actos de la fantasía, en efecto, solamente representan objetos individuales; la experiencia nos enseña que mantenemos en la memoria innumerables actos de la fantasía sobre objetos individuales. Si fueran, por consiguiente, corpúsculos que ocupan lugar, no cabrían tantos en el cerebro.

Las razones en contra no hacen fuerza: al igual que el entendimiento, aunque tiene especies inherentes a él de todas las cosas, no siempre tiene intelección actual de esas cosas, lo mismo la fantasía, etc.

phantasia, etc. Adde quod licet essent corpuscula quaedam, procederet eadem difficultas.

Quod ergo potentia non actu intelligat aut cognoscat omnia, quorum habet species, aliunde provenit, nempe quod potentia non attendit repraesentationi omnium specierum, nec semper vitaliter utitur omnibus illis. Quod vero laeso cerebro amittantur phantasmata, non ideo est, quia exeunt corpuscula illa. Contingunt enim huiusmodi symptomata absque ruptione [et fractione] cerebri, et ita non possent exire corpuscula illa; provenit ergo vel ex eo quod virtus cerebri manet inepta ad utendum illis phantasmatibus, vel ex eo quod illa phantasmata, cum sint accidentia, pendent in conservari a recta dispositione cerebri, qua ablata, corrumpuntur.

Constat ergo universalis conclusio posita, nempe omnes species intentionales esse accidentia, atque adeo esse qualitates, quia non est aliud praedicamentum accidentis ad quod pertinere possint.

4 Et ex hac conclusione i n f e r o :

1 . ° Quod unio inter potentiam et speciem intentionalem est accidentalis, qualis esse solet inter accidens et subiectum, neque ibi ulla maior unio [realis] excogitari potest, quidquid Caietanus dicat, *1 p., q. 14, a. 1,*[38] exponens [famosum] dictum Commentatoris,[39] quod ex intelligibili et intellectu fit magis unum quam ex materia et forma, quia ex materia et forma fit unum tertium distinctum ab utraque, et materia non fit forma; at vero ex obiecto et potentia non fit unum tertium, sed ipsa potentia fit ipsum obiectum intelligibile. Sed illud dictum in rigore sermonis falsum est, nam inter formam et materiam est substantialis unio, et ex illis fit per se unum; inter potentiam vero et obiectum non potest intelligi, nisi unio accidentalis, et maxime quando unio fit media specie. Nec potest alio modo dici quod intellectus fit ipsum intelligibile, nisi inquantum informatur specie quadam repraesentante rem intelligibilem; hoc autem non transcendit modum accidentalis unionis.

---

47 eadem difficultas *SL,* idem argumentum *P.* 50 attendit *SP,* cooperetur (III 2, 4) *L.* 50 specierum *add.* aut ab alia diverticula, aut aliquando ex libertate, ut in homine (Ib.) *L.* 50-1 nec semper... illis *SP, om. L.* 51 omnibus *om. P.* 52 corpuscula *add.* et fugiunt *P.* 52 illa *SL, om. P.* 52 enim *SL, om. P.* 53 et fractione *P, om. S.* 56 cum sint accidentia *SP, om. L.* 56 recta *SL,* re et a (!) *P.* 59 est *om. P.*

4 61 infero *SL,* infertur *P.* 62 1.° *om. P.* 63 neque *SL,* nec *P.* 64 realis *P, om. S.* 64 dicat *S,* fingat *PL.* 65 famosum *PL, om. S.* 66-7 quia ex... forma *om. P* [*laguna, por omisión, en la transcripción*]. 69 obiectum intelligibile *S,* intelligibile sive obiectum *L.* 69 intelligibile *om. P.* 70 est *S,* esse censeo *PL.* 71 fit *SL, om. P.* 73 quod... fit *S,* intellectum fieri *P.* 74 repraesentante *P,*

---

[38] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 14, a. 1) IV; *cfr. Ib.* (1 p., q. 12, a. 2) XV

[39] *De an.* III 4: o. c. (ed. Crawford), 386, 89 sq.

Además, aun caso de que fueran determinados corpúsculos, nos encontraríamos con la misma dificultad.

El hecho de que la facultad no tenga intelección y conocimiento actuales, se explica por otro camino: es que la facultad no pone su atención en la representación de todas las especies ni siempre hace de todas ellas uso vital. La explicación de que los actos de la fantasía se malogren en una lesión cerebral no está en que esos corpúsculos se salen, pues fenómenos como éstos tienen lugar aun sin ruptura y quebranto cerebral, y en una situación así no podrían esos corpúsculos salirse. La explicación, por tanto, está en que la capacidad del cerebro queda inutilizada en el uso de esos actos de la fantasía, o también en que esos actos de la fantasía por ser accidentes dependen en su ser de una adecuada organización del cerebro; si ésta desaparece, quedan destruidos.

Es, pues, manifiesta la tesis de alcance universal que hemos asentado: todas las especies intencionales son accidentes y por ende cualidades; no existe otro predicamento accidental al que puedan pertenecer.

4 Corolarios de la tesis.

Primero. La unión entre facultad y especie intencional es accidental, como suele serlo entre accidente y sujeto. No es lícito apelar a una unión real mayor, diga lo que quiera Cayetano en *1 p., q. 14, a. 1* al interpretar la famosa frase del Comendador: que de inteligible y entendimiento resulta una mayor unidad que de materia y forma; de materia y forma resulta un tercero distinto de una y otra, y la materia no se hace forma. Pero de objeto y facultad no resulta un tercero; la propia facultad se hace objeto mismo inteligible. Pues bien, hablando con propiedad la frase en cuestión es falsa. En efecto, entre materia y forma hay unión sustancial y de ellas resulta una unidad esencial; en cambio, entre facultad y objeto no cabe considerar otra unión que la accidental, sobre todo cuando la unión se realiza mediante especie. La frase de que el entendimiento se hace el inteligible mismo no puede tener más que este sentido: que es informado por una especie que representa la cosa inteligible. Ahora bien, de aquí no se va más allá de un modo de unión accidental.

P r a e t e r e a, quando intellectus beati / videt divinam essen- *P191v*
tiam, et illi intime unitur, quomodo intelligi potest quod intellectus fit ipsa essentia? [Nullo modo], nisi forte metaphorice nimium. Et tamen ibi est summa unio inter intellectum et intelligibile; / [ergo, etc.]. *S114*

5 Sed dicit Caietanus [40] quod intellectus fit ipsum intelligibile intelligibiliter, sed non realiter. Sed non video quomodo hoc "intelligibiliter" dicatur, nisi nomine tantum, nam in re tantum invenio potentiam, speciemque, et unionem accidentalem inter illa.

I t e m, uniri intelligibiliter [vel] est uniri realiter, vel non. Si non, nihil est, nec ex vi illius unionis posset sequi realis actio, nempe cognitio. Si est realis unio, iam distinctio est nulla; et procedit argumentum, nam ⌊unio⌋ est inter [res] distinctas; et non est unio substantialis, quia est inter accidentia; ergo est accidentalis, quod est intentum. Ergo non est maior unio quam inter materiam et formam, neque ipsa potentia fit ipsum obiectum.

I t e m, quando ait intellectum fieri ipsum intelligibile, vel id intelligit de intellectu, ut praeciso ab specie, vel de intellectu, ut composito cum specie. P r i m u m dici non potest, quia ipsa potentia, seclusa specie, nihil reale habet quod antea non habebat. Et si fingamus speciem separari, nihil manebit in intellectu quod sit factum ipsum intelligibile. Si autem s e c u n d u m dicas, nihil aliud est dicere quam quod compositum ex ⌊potentia⌋ et specie est ipsum obiectum in esse repraesentativo, quod quidem verum est, tamen illud est unum unione accidentali, quod est intentum.

Sed potest respondere Caietanus [41] quod species d u o habet, nempe esse imaginem, et esse qualitatem; et ut est qualitas, inhaerens est, et

---

representantem *S.* 77 intelligi *S,* dici *PL.* 78 Nullo modo *PL, om. S.* 78 nimium *SL, om. P.* 78-9 Et tamen... intelligibile *SP, om. L.* 79 ergo, etc. *PL, om. S.* 79 114] 112 *S.*
80 Sed dicit *S,* 3.º ait *P.* 81 [1] sed *om. PL.* 81 intelligibiliter *SP, om. L.* 82 nisi... tantum *om. L.* 82 nomine *S,* non esse (!) *P.* 82 re *add.* ergo *P.* 82 invenio *S,* intelligo *P.* 82-3 speciemque *S,* et speciem *P.* 83 illa *add.* quid ergo per vocem *intelligibiliter* importari amplius fingitur (III 2, 6) *L.* 85 nempe *S,* scilicet *P,* seu *L.* 86 Si *PL,* sic *S.* 86 nulla *SP,* superflua *L.* 87 unio *L,* gº [= ergo] *SP.* 87 est *om. P.* 87 res *PL, om. S.* 89 neque *SL,* nec *P.* 90 ipsum *SP, om. L.* 91 id *SL, om. P.* 92 intellectu *S,* illo *P.* 93-4 seclusa specie *S,* praecisa ab specie *PL.* 94 reale *SL,* naturaliter *P.* 94-6 Et si... intelligibile *SP, om. L.* 96 autem *SL,* vero *P.* 96 est *om. P.* 97 quod *SL, om. P.* 97 potentia *PL,* obto. [= obiecto] *S.* 97-8 obiectum... repraesentativo *SL,* repraesentativum *P.* 100 Sed... Caietanus *S,* Responderi potest ex Caietano *P,* Responderi potest pro Caietano, *add.* et ipsius principiis *L.* 100 habet *S,* habeant *P,* habeat *L.* 100-1 nempe *S,* scilicet *P,* nimirum *L.* 101 inhaerens est *S,* inhaeret *P.*

---

[40] *Cfr. supra not.* 38

[41] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 12, a. 2)

En segundo lugar, cuando el entendimiento del bienaventurado contempla la esencia divina y se une íntimamente a ella, ¿qué sentido puede tener que el entendimiento se hace la esencia misma? Ninguno en absoluto, si no es quizás en un sentido metafórico en demasía. Y sin embargo ahí se da unión suma entre entendimiento e inteligible. Luego, etcétera.

5 Cayetano dice que el entendimiento se hace el inteligible mismo inteligiblemente, no realmente. Pero no veo qué otra cosa sino puras palabras se quiera decir con ese "inteligiblemente", pues en realidad lo único que encuentro es una facultad, una especie y una unión accidental entre ellas.

Asimismo, unirse inteligiblemente o es unirse realmente o no. Si no, nada es y de la fuerza de esa unión no podría seguirse la acción real que es el conocimiento. Si la unión es real, desaparece ya toda distinción. Y entonces el argumento conserva su validez: la unión es entre cosas distintas; ahora bien, no es unión sustancial, porque se da entre accidentes; luego es accidental. Era nuestro intento. Por consiguiente, la unión no es mayor que la que existe entre materia y forma, ni la propia facultad se hace el objeto mismo.

Asimismo, al decir que el entendimiento se hace el inteligible mismo, o lo entiende referido al entendimiento en cuanto desligado de la especie, o al entendimiento formando composición con la especie. La primera alternativa no es posible, porque la facultad misma sin la especie no tiene nada real que antes no tuviera. Y si imaginamos que la especie se separa, nada quedará en el entendimiento que se haya hecho el inteligible mismo. Admitir, en cambio, la segunda alternativa es admitir que el compuesto de facultad y especie es el objeto mismo en su ser representativo. Es, sí, un verdadero compuesto, pero su unidad le viene por unión accidental. Era nuestro intento.

Pero puede responder Cayetano que la especie posee dos momentos: ser imagen y ser cualidad. En tanto que cualidad, es inherente y constituye una unidad accidental; pero en tanto que imagen no es

facit unum per accidens; sed ut imago est non inhaeret, sed immediate unitur potentiae, adeo ut potentia fiat [ipsa] res repraesentata.

Sed de hac distinctione quid sentiendum sit, infra[42] dicemus. Tamen quod ad rem attinet est impertinens, nam species sub quacumque ratione non potest esse nisi accidens a potentia distinctum, et ita non potest facere nisi accidentalem unionem cum illa.

6 2.° colligitur ex hac conclusione quod species intentionalis affert secum proprium esse accidentale, et illud tribuit potentiae per realem inhaerentiam quam in illa habet. In quo est etiam falsus Caietanus, *1 p., q. 12, a. 2, circa ad 3,*[43] dicens quod species, ut constituit potentiam in actu primo per realem inhaesionem, habet esse imperfectum, ut vero constituit in actu secundo, id est, in actuali cognitione, habet esse perfectum, nam species —inquit— comparatur ad actum, sicut forma ad esse, nam esse ipsius speciei in esse cognoscibilis est cognoscere.

Quae omnia sunt inintelligibilia, nam licet verbis dicantur, non concipiuntur mente, nam quid significat quod intelligere est esse speciei? Nam species habet propriam entitatem distinctam ab actu cognitionis; ergo in illa habet suum esse proprium, quod conservat, [sive] potentia actu cognoscat, sive non.

Item, quomodo intelligitur quod effectus formalis [speciei] est intelligere? / Nam effectus formales dantur a forma accidentali inhaerendo; *P192* species autem inhaerendo non dat cognoscere, nam potest manere species inhaerens intellectui quando ipse non intelligit.

Unde sumitur aliud argumentum. Nam effectus formalis est inseparabilis a forma, quamdiu est in subiecto; sed actus cognitionis sepa/ratur ab specie; ergo non est [effectus] formalis illius. *S114v*

Item, actus et species sunt duae qualitates distinctae; una autem qualitas non potest esse effectus formalis alterius, nam utraque

102 sed *S,* vero *P.* 103 adeo ut *SL,* adde quod *P.* 103 ipsa *PL, om. S.* 104 sentiendum *SL,* dicendum *P.* 106 non... accidens *S,* debet esse accidens *P,* non potest non esse accidens *L.* 106 potentia *SL,* substantia [suba.] *P.*

6 110 inhaerentiam *SP,* inhaesionem *L.* 112-3 in actu... id est *om. L.* 113 id est *om. P.* 114 habet esse *SL,* constitutum (!) *P.* 114 inquit *SL,* ait *P.* 115 in esse cognoscibilis *SP,* quatenus intelligibilis (III 2, 7) *L.* 116 cognoscere *S,* intelligere *PL.* 117 sunt inintelligibilia *S,* mihi displicent *P.* 117-8 nam... mente *SP, om. L.* 120 ergo... proprium *SP, om. L.* 120 sive *PL,* sine *S.* 121 non *SP,* otietur (Ib.) *L.* 122 intelligitur *SL,* intelligatur *P.* 122 speciei *L,* formae *SP.* 123 formales dantur *S,* formalis datur *P.* 124 autem *SL,* vero *P.* 124 inhaerendo *SL, om. P.* 124 potest *add.* ut dixi (Ib.) *L.* 127 subiecto *SL,* substantia [suba.] *P.* 128 effectus *PL,* spes [= species] *S.* 129 distinctae *SL,* diversae *P.* 130 autem *SL,* vero *P.*

[42] d. 5, q. 2, n. 24

[43] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1, p., q. 12, a. 2)

inherente, sino que se une inmediatamente a la facultad, de suerte que la facultad se haga la cosa misma representada.

Luego diremos el juicio que nos merece esta distinción. Como quiera que sea, por lo que respecta a nuestro propósito es impertinente: la especie, bajo cualquier aspecto que se la mire, es un accidente distinto de la facultad; no puede, por tanto, hacer con ella más que unión accidental.

6 Segundo corolario de esta tesis: La especie intencional conlleva su ser accidental privativo y lo confiere a la facultad mediante la inherencia real que tiene en ella. También en este punto se equivoca Cayetano, cuando dice en *1 p., q. 12, a. 2, circa ad 3* que la especie, en cuanto configura a la facultad en acto primero, tiene un ser imperfecto; pero en cuanto la configura en acto segundo, esto es, en su actual conocimiento, tiene un ser perfecto. Razón: la especie —dice— se compara al acto como la forma al ser, pues el ser de la especie en su ser de cognoscible es conocer.

Todo esto no hay quien lo entienda: Se pronuncian palabras, pero no surge concepto en la mente. ¿Qué significa que el entender es el ser de la especie? La especie tiene su propia entidad distinta del acto de conocimiento. Luego en ella tiene su propio ser que conserva, se dé o no conocimiento actual en la facultad.

Asimismo, ¿qué sentido puede tener que el efecto formal de la especie es entender? Los efectos formales los confiere la forma accidental con su inhesión; ahora bien, la especie con su inhesión no confiere el conocer, pues la especie puede permanecer inherente al entendimiento en un momento en que él mismo no está entendiendo.

De aquí surge otro argumento: El efecto formal es inseparable de la forma mientras está en el sujeto. Ahora bien, el acto de conocimiento se separa de la especie. Luego no es su efecto formal.

Asimismo, acto y especie son cualidades distintas. Ahora bien, una cualidad no puede ser efecto formal de otra, puesto que cada una de ellas es distinta y una y otra tienen efecto formal distinto.

earum est forma distincta, et utraque habet effectum formalem distinctum.

Et praeterea, infra[44] probabimus quod species concurrit effective ad actum; ergo non est causa formalis illius; habet ergo [species] proprium esse distinctum ab actu, ⌊quod⌋ confert subiecto.

Dices: Cur ergo non ⌊denominat⌋ subiectum? Nam denominatio sumitur ex esse; si ergo ⌊dat⌋ proprie esse, et denominationem.— Respondetur ita esse, tamen communiter illa denominatio non est imposita, quia istae species sunt ignotae, [et <sensibus> non satis <perceptae>].

Item, quia istae species potissime ordinantur, ut repraesentent obiecta, et ut deserviant cognitioni; et ideo hoc praecipue in illis consideratur, omissa denominatione subiecti, quae est quasi per accidens ad hoc.

7 Ultimo [est] notandum in hac conclusione quod non asserimus esse de necessitate potentiae cognoscitivae, ut actuetur per speciem accidentalem, ut cognoscere possit, sed solum dicimus quod quando obiectum per se ipsum non unitur potentiae, sed per speciem mediam, illa species est accidens; si autem contingat aliquando ipsum obiectum immediate uniri potentiae, ut in beatis fieri credimus, tunc non est necessaria species quae sit per accidens.

8 Secunda conclusio: Istae species non sunt eiusdem ordinis et speciei cum obiectis suis.

Conclusio colligitur infra [ex Aristotele, *lib. 2*], *cap. 12, tx. 121,*[45] [ubi] ait quod sensus recipit species sine materia, ubi materiam vocat ipsam realem naturam qualitatis, ut odoris, etc., et est ac si diceret quod

---

131 distincta *SL,* diversae *P.* 131-2 distinctum *SL,* proprium *P.* 133 Et praeterea *S,* Item *P.* 133 concurrit *S,* concurrunt *P.* 134-5 species *PL, om. S.* 135 quod *L,* quo *S,* quem *P.* 136 denominat *P,* determinat *S.* 136-7 Nam... denominationem *om. L.* 137 dat *P,* dabitur *S.* 137 proprie *om. P.* 137 et denominationem *S,* denominabitur *P.* 138 esse *S,* est *P.* 138 ita esse... denominatio *om. L.* 138-9 non est imposita *S,* carere vocabulo (Ib.) *L.* 139 est *S,* esse *P.* 139 ignotae *SL,* impositae *P.* 139-40 et... perceptae] et species (!) non satis perceptis (!) *P,* et sensibus haud satis perspectae *L, om. S.* 144 ad hoc *SL, om. P.*

7 145 est *PL, om. S.* 145 in hac conclusione *SL, om. P.* 145-151 quod... accidens *S,* si contingat aliquando ipsum objectum immediate uniri potentiae, ut in beatis fieri credimus, aut etiam in substantiis separatis, quando se ipsas cognoscunt, tunc non esse necessariam speciem, quae est accidens. (III 2, 8) *L.* 145 asserimus *S,* dicemus *P.* 147 solum *om. P.* 149 autem *S,* vero *P.*

8 154 Conclusio *SL,* haec *P.* 154 infra *om. P.* 154 ex... lib. 2 *P, om. S.* 154 tx. 121 *om. PL.* 154 tx. 121] *in margine S.* 155 ubi *P, om. S.* 156 realem *SL,* roalem [= rationalem (!)] *P.* 156 ut odoris, etc. *om. PL.*

---

[44] d. 5, q. 4 (2.ª concl.), n. 14

[45] 424 a 17 sqq.

Además, en seguida vamos a probar que la especie concurre eficientemente al acto. Luego no es causa formal de él; en consecuencia, la especie tiene su propio ser distinto del acto, que lo confiere al sujeto.

Objeción: ¿Por qué entonces no da nombre al sujeto? La denominación surge del ser. Luego si da realmente ser, también denominación. Respuesta: exacto. Con todo, dicha denominación de ordinario no llega a imponerse, porque estas especies escapan al conocimiento y no son suficientemente percibidas por los sentidos.

Asimismo, estas especies están ordenadas a representar los objetos y prestar sus servicios al conocimiento; y esto es lo que principalmente se considera en ellas, sin tener en cuenta la denominación del sujeto, que en este punto es, por así decir, accesoria.

7 Una última observación: En esta tesis no afirmamos que la facultad cognoscitiva exija necesariamente su actualización por medio de una especie accidental para poder conocer; lo único que decimos es que cuando el objeto no se une a la facultad por sí mismo sino por mediación de una especie, esa especie es un accidente. Pero si se diera el caso de una unión inmediata del objeto mismo con la facultad, como creemos es el caso de los bienaventurados, entonces no es necesaria una especie accidental.

8 Segunda tesis: Esas especies no son del mismo orden y naturaleza que sus objetos.

La tesis se desprende de Aristóteles líneas más abajo, *lib. 2, cap. 12, tx. 121,* cuando dice que el sentido recibe las especies sin materia. Materia llama aquí a la naturaleza misma real de la cualidad, un olor,

visus non recipit ipsum colorem materialiter, sed quamdam speciem repraesentantem illum; significat ergo aperte colorem et ⌊speciem⌋ differre specifice.

Item, de speciebus intelligibilibus constat [conclusio], nam <illae> sunt quaedam accidentia spiritualia; res autem cognita saepe est [substantia aliqua] materialis.

De sensibilibus probatur. [1.º] Nam stat obiectum habere contrarium, et non speciem, ut albedo et nigredo sunt contraria; species autem illarum minime; ergo. Antecedens patet, quia possunt illae duae species esse in eodem oculo aut medio.

9 Respondet Durandus [46] quod tunc species albedinis et nigredinis non sunt duae, sed una media repraesentans utrumque obiectum.

Sed hoc impossibile est, nempe quod res adeo diversae et contrariae per unicam speciem repraesententur. Non enim potest una et eadem esse similitudo contrariorum / obiectorum, maxime quia potest *P192v* esse quod species albedinis et nigredinis in gradu intensissimo sint simul in eodem medio; non potest autem intelligi quod una qualitas repraesentet duo contraria in summo ⌈gradu⌉, maxime cum illa species ponatur ab ipso Durando eiusdem speciei cum obiecto suo, ut dicemus. [47]

Item, si illa qualitas est albedo et nigredo, erit tantum virtualiter illa et in esse remisso; non ergo potest repraesentare illa in esse extenso. Consequens autem est contra experientiam.

Item, ergo habens speciem albedinis, necessario deberet habere speciem nigredinis, et e contrario; ergo qui videt / albedinem, vide- *S115* ret necessario nigredinem. Consequens autem est falsum, nam si album et nigrum obiectum sint ⌊e regione⌋ posita, videbitur unum sine alio, et tamen utrumque multiplicabit speciem sui in eodem medio.

10 Quae argumenta probant non solum quod species [contrariorum] obiectorum sint distinctae, quamvis sint simul in eodem medio, sed etiam quod tot multiplicantur species in oculo, quot sunt res visae vel repraesentatae, quia non potest unica species esse similitudo diversissi-

158 colorem et speciem *L*, colorem et subiectum [subm.] *S*, speciem et obiectum *P*. 160 conclusio *PL*, *om. S*. 161 illae] illa *SP*, *om. L*. 162 substantia aliqua *P*, *om. S*. 163 1º *P*, *om. S*. 166 medio *add.* diaphano simul existere, ac deservire ad utrumque colorem conspiciendum (III 2, 9) *L*.

9 175 suo *om. P*. 177-184 Item... medio *om. L*. 181 115] 113 *S*. 183 e regione *P*, regio.ᵉ (!) *S*.

10 185 contrariorum *PL*, *om. S*. 188 unica *SL*, eadem *P*.

[46] *Cfr. Sent.* II, d. 3, q. 6, nn. 10 sqq.: o. c., f. 139 sq.

[47] *Cfr. infra not.* 56

por ejemplo. Es equivalente a decir que la vista no recibe materialmente el color mismo, sino una cierta especie que lo representa. Quiere, por tanto, decir que color y especie difieren esencialmente.

Asimismo, la tesis es manifiesta respecto a las especies inteligibles. En efecto, son de un tipo de accidentes espirituales; pero la cosa conocida a menudo en una sustancia material.

Prueba respecto de las sensibles: El objeto tiene contrario, la especie no; esto es inconmovible. Por ejemplo, blancura y negrura son contrarios, pero sus especies en modo alguno. Luego. El antecedente es manifiesto; esas dos especies pueden estar en un mismo ojo o medio.

9 Objeción de Durando: Dichas especies de blancura y negrura no son dos sino una sola intermedia que representa ambos objetos.

Pero es imposible que cosas tan diversas y contrarias estén representadas por una única especie. No puede darse una misma imagen de objetos contrarios; la razón es especialmente válida cuando existe la posibilidad de una coincidencia simultánea en un mismo medio de las especies de blancura y negrura en grado intensísimo. Es ininteligible una cualidad que represente dos contrarios en su más alto grado de intensidad, sobre todo si, como hace el propio Durando, dicha especie se considera de la misma naturaleza que su objeto, como diremos luego.

Asimismo, si esa cualidad es blancura y negrura, lo será sólo virtualmente y a medias; luego no puede representarlas en su ser pleno. Ahora bien, la conclusión contradice la experiencia.

Asimismo, quien tuviera la especie de blancura necesariamente tendría que tener la especie de negrura, y al contrario. Luego quien viera la blancura, vería necesariamente la negrura. La conclusión es falsa, porque si el objeto blanco y el objeto negro se proponen alternativamente, se verá el uno sin el otro, y sin embargo uno y otro en el mismo medio han abierto multiplicidad en la especie.

10 Estos argumentos demuestran no sólo que las especies de objetos contrarios son distintas, aunque coincidan simultáneamente en un mismo medio, sino también que las especies en el ojo son tantas en número cuantas son las cosas vistas y representadas: una única especie no puede ser imagen de objetos tan diversos, a no ser que sea de natura-

morum obiectorum, nisi sit eminentior et altioris ordinis, qualis non est species sensibilis, neque est a quo talis species produceretur.

Unde in solis Angelis sunt species universales repraesentantes plura, quamvis oppositum huius insinuat D. Thomas, in *3, d. 14, q. 1, a. 1, quaestiuncula 4, ad <1>*, dicens quod per eamdem speciem videtur speculus et res in speculo. Quod tamen non videtur ita esse, ut rationes factae probant, et experientia alia. Nam stat videre speculum et non rem per illud, etiam si in illo fiat reflexio, ut si oculus sit in ea distantia ad quam perveniant species speculi, et non species in illo reflexae; ergo sunt illae distinctae.

11 Praeterea arguitur pro conclusione. Quia si species coloris esset color, posset videri in medio; non videtur autem; ergo.

Item, si esset color, non causaret sensationem, nam secundum Aristotelem[48] sensibile supra sensum non causat sensationem.

Item, albedo non est qualitas activa alterius albedinis, nam si posset efficere [aliam] albedinem, [saltem] in esse remisso, posset paulatim illam intendere et perfectam facere, quod fieri non potest, ut experientia patet.

Item, si species albedinis esset albedo, impediret visionem nigredinis; non tamen impedit.

Tandem, species sensibiles interiores sunt eiusdem ordinis cum speciebus sensuum exteriorum; sed species, quia internae, non sunt ipsa obiecta materialiter, nam imaginatio non habet intra se sonum, etc., ut constat; ergo.

---

190 neque *SL*, nec *P*. 190 talis... produceretur *S*, tales species producerentur *P*. 191 Angelis *add*. non (!) *S*. 191-2 sunt... plura *S*, illa specierum eminentia concedi solet (III 2, 10) *L*. 193 1] 2 *SPL*. 195-6 Nam... illo *SP, om. V*, stat enim videri speculum et non rem, esto in illo *L*. 196 per illud *S*, in illo *P*. 197 perveniant *add*. directa *L*. 198 reflexae *add*. Nec effugies, si dicas praeter speciem, debitam quoque propinquitatem postulari ad cernendum; postulari enim merito potuit, ut objectum speciem sui produceret, quod in casu proposito jam conceditur: at ut potentia, idonea specie iam recepta, ad actum suum immanentem eliciendum, propinquitatem cum objecto postulet, nulla ratio exigit; alioquin similem quoque propinquitatem in internis potentiis postularemus (III 2, 10) *L*. 198 ergo... distinctae *om. L*. 198 illae *S*, istae species *P*.

11 200 medio *SP*, ipso aere (III 2, 11) *L*. 200 autem *S*, sed *P*, *add*. nisi in determinato [*V*] (interminato [*L*]) corpore, verbi gratia pariete. (Ib.) *L*. 201 sensationem *add*. in oculo... impressa [*L*] (impressam [*V*]) *L*. 203 Item... albedinis *SP*, Rursus color colorem non producit (III 2, 11) *L*. 203 albedinis *add*. at coloris species per medium aliud, atque aliud ut instrumentum saltem objecti efficienter diffunditur [*L*] (effunditur [*V*]) (Ib.) *L*. 203-6 nam si... patet *om. L*. 204 aliam *P, om. S*. 204 saltem *P, om. S*. 205-6 potest... patet *S*, posse experientia docet *P*. 210 quia *om. P*. 211 ipsa... materialiter *S*, eiusdem speciei cum obiectis *P*, eiusdem ordinis cum obiecto (Ib.) *L*. 212 etc. *S*, vel odorem *PL*, *add*. realiter *P*. 212 ut constat *om. PL*. 212 ergo *add*. neque externae species ejusdem rationis sunt cum objectis (III 2, 11) *L*.

---

[48] *De an.* B 9: 421 b 17 sqq.

leza más eminente y de orden superior; no es el caso de la especie sensible. Tampoco se entiende quién produciría tal especie.

Por lo tanto sólo en los ángeles se dan especies universales representativas de muchos objetos. Santo Tomás, sin embargo, deja entrever la doctrina opuesta en *3, d. 14, q. 1, a. 1, quaestiuncula 4, ad 1* cuando dice que mediante una misma especie se ve el espejo y la cosa en el espejo. Pero no parece que esto sea así, como prueban las razones aducidas y otro dato de experiencia. En efecto, es indiscutible que se ve el espejo y no la cosa por él, aunque en él se produzca un reflejo; como es claro cuando el ojo está a una distancia en que le llegan las especies del espejo, pero no las especies reflejadas en él. Luego son especies distintas.

11 Otro argumento en favor de la tesis: Si la especie de un color fuese color, podría verse en el aire; pero no se ve; luego.

Asimismo, si fuese color no causaría la sensación, pues, según Aristóteles, el sensible superpuesto al sentido no causa la sensación.

Asimismo, la blancura no es una cualidad productiva de otra blancura: si pudiera producir otra blancura, siquiera fuese a medias, podría poco a poco pretenderla y hacerla perfecta; y esto es imposible, como da la experiencia.

Asimismo, si la especie de la blancura fuese blancura, impediría la visión de la negrura; pero no la impide.

Finalmente, las especies sensibles interiores son del mismo orden que las especies de los sentidos exteriores. Ahora bien, las especies, por ser internas, no son materialmente los objetos mismos: la imaginación no tiene dentro de sí el sonido, etc., como es evidente. Luego.

12 Et hanc conclusionem tenet D. Thomas, *De veritate, q. 8, a. 11; 7 Metaphysicae, lect. 6;*[49] Commentator ibi, *tx. <121>;*[50] Albertus, *lib. 2 De Anima, tract. 4, cap. 11;*[51] D. Augustinus, *7 Super Genesim ad litteram, cap. <21>.*[52] Qui omnes asserunt species repraesentantes res contrarias posse esse simul in eodem subiecto, quia sunt qualitates intentionales non habentes intra se contrarietatem. Et Aristoteles, *2 De Anima, tx.* ⌊*147*⌋ et *148* et *149,*[53] / proponens dubium, quo[modo] P193 species rerum contrariarum possint esse simul in eodem [subiecto⌉, non satis solvit, tamen *De sensu et sensibili, in fine,*[54] eodem modo respondet, ubi D. Thomas, *lect. ultima,*[55] rem optime exponit.

13 Et c o n t r a r i u m huius conclusionis, maxime de speciebus sensibilibus, tenet Durandus, in *2, d. 3, q. 6, n. 17;*[56] *in 4, d. 49, q. 2, n. 13;*[57] Valles, *lib. 2 Controversiarum, cap. <31>,*[58] ubi multa de speciebus docet, sed in multis non vere.

Et p r o b a t u r hoc. Quia ita se habent obiectum et species, sicut lux et lumen. Sed haec sunt eiusdem speciei; ergo.—R e s p o n d e t u r : Nego maiorem, quidquid sit de minori, quae etiam est dubia.

/ Arguitur 2 . ° Species est similitudo rei; similitudo autem non S115v est inter ea quae specie differunt.—R e s p o n d e t u r : Hoc argumento probaretur quod species intelligibiles coloris sunt eiusdem speciei cum illo; quod tamen est [aperte] falsum. Unde dicitur quod similitudo in essendo requirit unitatem specificam, tamen similitudo repraesentativa minime id exigit.

3 . ° arguitur. Quia actio obiecti est univoca; ergo.—R e s p o n d e t u r : Nego antecedens. De qua actione, [quomodo fiat, dicetur] infra.[59]

4 . ° Difficilius arguitur pro illo, nam species coloris est visibilis; ergo est color. Antecedens patet in speculo, in quo videt homo

12 214 121] 27 *SL,* 26 *P.* 215 De *om. PL.* 215 7 *SL,* ɔ [= contra (!)] *P.* 216 21] 2 *SPL.* 219-20 De anima *SL, om. P.* 220 147 *PL,* 14 *S.* 220 $^{1-2}$et *om. P.* 220 modo *PL, om. S.* 221 in eodem *SP, om. L.*

13 224 Et *om. P.* 224-5 maxime... sensibilibus *om. P.* 226 31] 28 *SPL.* 227 non *SL,* minus *P.* 227 vere *add.* procedit *P.* 228 Et *S,* sed *P.* 228 ita *SL,* sic *P.* 229 haec *add.* 1.^{m} *S.* 229-30 Respondetur: Nego *S,* Respondeo negando *P.* 231 Arguitur *S,* arguit, *add.* Durandus *P.* 233 coloris *SP,* caloris (!) (III 2, 12) *L.* 233 sunt *S,* essent *P.* 234 aperte *PL, om. S.* 237 ergo *add.* univocum effectum producit (III 2, 12) *L.* 238 Nego *S,* negando *P.* 238 actione *add.* aequivoca *L.* 238 quomodo... dicetur *P, om. S.* 239 infra *S,* disputatione sequenti *P.* 240 4.° *add.* et *PL.*

[49] n. 8

[50] *De an.* II 121: o. c. (ed. Crawford), 317, 13-17

[51] O. c., t. 5, p. 310.— *Cfr. Ib.,* cap. 1 (comm. 121); 2 (comm. 127): o. c., t. 5, pp. 293.295

[52] VII 21, 29: PL 34, 366

[53] in ed. Bekker *De an.* Γ 2: 426 b 29-427 a 16

[54] 449 a 7-31

[55] *De sensu et sensibili,* lect. 19, n. 8

[56] O. c., f. 139^{v}, col. 2

[57] O. c., f. 413, col. 2

[58] O. c., ff. 41^{v} sq.

[59] *Cfr.* d. 7, q. 13, n. 6

12 Es tesis que sostiene también Santo Tomás en *De veritate, q. 8, a. 11; 7 Metaphysicae, lect. 6;* el Comentador en este pasaje *tx. 121;* San Alberto en el *lib. 2 De Anima, tract. 4, cap. 11;* San Agustín en *7 Super Genesim ad litteram, cap. 21.* Todos ellos afirman que las especies representativas de cosas contrarias pueden estar simultáneamente en un mismo sujeto, porque son cualidades intencionales que en su propia naturaleza no presentan contrariedad. Cierto que Aristóteles en *2 De Anima, tx. 147, 148* y *149,* al plantear el problema de cómo las especies de cosas contrarias pueden estar simultáneamente en un mismo sujeto, no da una solución satisfactoria; pero en *De sensu et sensibili,* al final, da una respuesta idéntica. Santo Tomás hace una excelente exposición del pasaje en la *lect. ultima.*

13 Durando en *2, d. 3, q. 6, n. 17;* en *4, d. 49, q. 2, n. 13* sostiene una postura contraria a esta tesis, principalmente en lo relativo a las especies sensibles. También Valles en el *lib. 2 Controversiarum, cap. 31,* donde trata ampliamente de las especies, pero muchos puntos no se ajustan a la verdad.

Veámoslo. Argumentan que objeto y especie se comportan como lumbre y luz. Ahora bien, ambas son de una misma naturaleza. Luego. Respuesta: Niego la mayor; dejemos estar la menor, que también es dudosa.

Segundo argumento: La especie es semejanza de la cosa. Ahora bien, no existe semejanza entre cosas que difieren esencialmente. Respuesta: Con este argumento se probaría que las especies inteligibles del color son de la misma naturaleza que él; lo cual es abiertamente falso. Decimos, pues, que la semejanza en el ser es lo que exige unidad de naturaleza, pero no la exige en modo alguno la semejanza representativa.

Tercer argumento: La acción del objeto es unívoca. Luego. Respuesta: Niego el antecedente. De esta acción y de su modo de realización hablaremos luego.

El cuarto argumento presenta una mayor dificultad: La especie de color es visible. Luego es color. El antecedente es claro en el ejemplo

faciem suam ⌊depictam⌋ ab speciebus; ergo videt species; ergo sunt visibiles.

I t e m , si vas rubeum illuminetur, et radii solares reflectantur ad parietem, videtur in pariete color rubeus ex reflexione causatus; illud autem non est nisi species coloris rubei; ergo.

14 Ad illud de speculo multi putant —et est communis vulgi [sensus]— quod res videtur [in speculo], nam sensus videtur percipere rem in speculo, eo modo quo videret illam repraesentatam in imagine. Unde sicut oculus videns rem in imagine terminatur immediate ad imaginem ipsam, ita videtur terminari ad [imaginem depictam in] [speculo].

Et iuxta hoc potest responderi argumento, quod species secundum entitatem suam non potest videri —nemo enim videt entitatem speciei in speculo—, tamen secundum quod repraesentativa est videri potest, quia ut sic induit eamdem ⌊vicem quam ipsum obiectum⌋.

15 Sed hoc non placet.

1 . ° Quia non intelligitur, quomodo possit res videri in esse repraesentativo, et non in entitate sua, nam illud esse repraesentativum est esse reale, et inquantum repraesentans, in tantum est ens; ergo si videtur ut repraesentans, videtur secundum aliquam entitatem.

/ 2 . ° Quia falsum est quod visio terminetur ad imaginem in *P193v*
speculo; sed speculum tantum deservit, ut in eo fiat reflexio specierum; tamen per visionem non ⌊videtur⌋ res in speculo, sed immediate ipsa res.

P r o b a t u r , 1 . ° , e x p e r i e n t i a . Nam res, quae videtur in speculo, non videtur in superficie speculi, sed quasi interius, tanta distantia, quanta res visa distat ab speculo; species autem tantum attingit speculum secundum illius superficiem, et ut plurimum secundum eam grossitiem qua est transparens. Unde si species ipsa [repraesentata] quasi depicta in speculo videretur, videri deberet in superficie [vel <grossitudine>] speculi; non sic autem videtur, ut constat; ergo.

---

242 faciem *S*, speciem *P*. 242 depictam *P*, distinctam (!) *S*. 242-3 depictam... visibiles *SP*, *om. L*. 245 ad *S*, in *P*. 246 est *S*, sunt *P*. 246 ergo *add.* etc. *P*.

14 247 de speculo *S*, speculi *P*. 247 sensus *P*, *om. S*. 248 in speculo *PL*, *om. S*. 251 imaginem... in *P*, *om. S*. 251 speculo *P*, speculum *S*. 253-4 nemo... speculo (enim *om. P*) *SP*, *om. L*. 254 est *add.* ac veluti in transcursu seu obiter (III 2, 13) *L*. 255 vicem *PL*, speciem *S*. 255 quam... obiectum *PL*, cum ipso obiecto *S*.

15 256 hoc non placet *S*, haec solutio (responsio *L*) non probatur *P*. 257 intelligitur *SL*, intelligo *P*. 260 entitatem *add.* quam habet *P*. 263 videtur *P*, dicitur (!) *S*. 266 in speculo *SL*, per speculum *P*. 269 grossitiem *SP*, crassitiem (III 2, 14) *L*. 269-70 repraesentata *P*, *om. S*. 271 vel grossitudine (grossitione *P*) *P*, *om. S*. 271 noc sic... ergo *SP*, obiectum ergo est quod immediate videtur cum distantia sua ab speculo (III 2, 14) *L*. 271 autem *om. P*.

del espejo: en él contempla el hombre su propia figura que dibujan las especies. Luego ve las especies; luego son visibles.

Asimismo, si se ilumina un vaso rojo y los rayos del sol se reflejan en la pared se ve en la pared el color rojo causado por el reflejo; ahora bien, esto no es otra cosa que la especie del color rojo. Luego.

14 En cuanto al ejemplo del espejo muchos piensan —y es el común sentir de la gente— que la cosa se ve en el espejo: al parecer el sentido percibe la cosa en el espejo a la manera como la vería representada en una imagen. Por tanto al igual que el ojo cuando ve una cosa en imagen llega inmediatamente a la imagen misma, también parece llegar a la imagen que se dibuja en el espejo.

Esta aclaración proporciona una posible respuesta al argumento: no se puede ver la especie en su propia entidad —nadie ve la entidad de la especie en el espejo—, pero sí se la puede ver en su ser representativo, porque bajo este aspecto suple al objeto mismo haciendo sus veces.

15 Sin embargo, esta respuesta no me satisface.

En primer lugar, no se entiende cómo una cosa pueda verse en su ser representativo y no en su propia entidad: ese ser representativo es un ser real, y en la medida en que sea representativo es ente. Luego si se la ve como representativa, se la ve con alguna entidad.

En segundo lugar es falso que la acción visiva llega a la imagen en espejo; el espejo no tiene otra función que posibilitar el reflejo de las especies en él. Por la acción visiva, sin embargo, no se ve la cosa en el espejo, sino la cosa misma en sí.

Lo prueba en primer lugar la experiencia: La cosa que se ve en el espejo no se ve en la superficie del espejo sino como si estuviera dentro, a tanta distancia cuanta es la que media entre la cosa vista y el espejo. Ahora bien, la especie alcanza solamente al espejo en su superficie y a lo sumo en el grosor que lo hace transparente. Por lo tanto si la especie misma representada se viera dibujada, por así decir, en el espejo, debería verse en la superficie o en el grosor del espejo. Pero no es así como se ve, como todo el mundo sabe. Luego.

⌊2.°⌋ Alia experientia est, quod qui vident per anteoculos, aut per luminaria christalina apta ad videndum res a longe, si res sit a tergo distans a longe, et speculum prope oculos, vident optime per speculum rem a tergo existentem; ergo signum est quod non videtur species speculi, quae est propinqua, sed res ipsa a longe existens, quia luminaria erant apta ad videndum rem distantem, et inepta / ad rem *S116* propinquam. Unde si videretur species speculi, quae est propinquissima, inepte videretur.

⌊3.°⌋ Tandem, quia si species posset videri in speculo, etiam posset videri [in] ⌊medio⌋.

16 Dicendum est ergo quod non videntur species, sed reflectuntur in speculo, et perveniunt usque ad oculum, et per eas videtur res [ipsa] immediate.

Ad aliud de rubeo colore [vasis] sunt qui dicant ⌊ibi⌋ fieri verum colorem, quia licet color non sit activus sui similis, tamen ⌊adiutus⌋ radiis solis potest illum efficere, saltem remisse.

Alii dicunt ibi species esse tantum rubei coloris, et videri; sed neutrum dicere est necesse, ut latius, *disputatione 7*,[60] [constabit]. Dicitur ergo tantum esse in pariete splendorem quemdam, tamen apparere rubeum propter species rubei coloris illi admixtas, et per reflexionem pervenientes ad oculum, quae non videntur, quia non sunt visibiles, sed per eas videtur color a quo fiunt.

17 *De spiritualitate aut materialitate specierum.*—Tertia conclusio: Species intentionales in solo intellectu sunt spirituales et indivisibiles, in aliis autem potentiis cognoscitivis sunt materiales / et divi- *P194* sibiles.

Prima pars est certa, supposito quod supra[61] ostensum est, esse scilicet has species subiective in intellectu, nam accidens proportionatur subiecto in quo est; intellectus autem [est] spiritualis; ergo et species in illo ⌊existentes⌋.

---

272 2° *P, om. S.* 272-3 per anteoculos aut *S, om. P,* per inspicilla (Ib.) *L.* 273 per... videndum *SP, om. L.* 273 a longe *om. P.* 277 116] 114 *S.* 278 propinquissima *SL,* propinqua *P.* 279 inepte *S,* non breve *P,* non recte *L.* 280 3° *P, om. S.* 281 etiam *S,* et *P.* 281 in *P, om. S.* 281 medio *P,* medium *S.*

16 283 usque *om. PL.* 283 res *SP,* obiectum *L.* 283 ipsa *P, om. S.* 285 rubeo colore vasis *S,* vitro colorato *L.* 285 vasis *P, om. S.* 285 ibi *PL,* hoc *S.* 287 remisse *SL,* remissum *P.* 289 constabit *PL, om. S.* 290 Dicitur *S,* videtur *P.* 290 in pariete *S,* ibi *PL.* 292-3 quia... visibiles *SP, om. L.*

17 300 ²est *PL, om. S.* 301 existentes *PL,* existens *S.*

---

[60] d. 7, q. 2, n. 7

[61] d. 5, q. 1, n. 6

Lo prueba en segundo lugar otro dato de experiencia: Los que miran con anteojos o con lentes de cristal adecuados para ver las cosas a distancia, cuando tienen un objeto muy lejos a su espalda y un espejo ante los ojos, ven perfectamente por el espejo el objeto que está a su espalda. Señal de que no se ve la especie del espejo que está próxima, sino el objeto mismo que está lejos, pues los lentes eran adecuados para ver objetos distantes e inadecuados para objetos próximos. Por tanto, si se viera la especie del espejo, que está muy próxima, se vería mal.

Una última razón: si la especie pudiera verse en el espejo, se podría ver también en el aire.

16 En definitiva, es forzoso afirmar que las especies no se ven; se reflejan en el espejo y llegan hasta el ojo; y por medio de ellas se ve el objeto mismo en sí.

Respecto al otro ejemplo del color rojo del vaso hay quienes afirman que ahí se da verdadera producción de color: aunque el color no cause un semejante suyo, con la ayuda, sin embargo, de los rayos del sol puede producirlo al menos en su ser disminuido.

Otros afirman que ahí se dan solamente las especies del color rojo y que se ven.

Pues bien, no hay necesidad de afirmar ninguna de las dos cosas, como se verá más ampliamente en la *disputa 7*. Decimos, por consiguiente, que en la pared solamente se da un cierto resplandor; la aparición del rojo se debe a las especies de color rojo que se entremezclan y llegan por reflejo al ojo, las cuales no se ven porque no son visibles, pero por medio de ellas se ve el color que las causa.

17 *Espiritualidad o materialidad de las especies.*—Tercera tesis: Las especies intencionales solamente son espirituales e indivisibles en el entendimiento, en las demás facultades cognoscitivas son materiales y divisibles.

La primera parte es cierta, supuesto lo que quedó demostrado antes: que estas especies están subjetivamente en el entendimiento, dado que el accidente guarda proporción con el sujeto en el que está; ahora bien, el entendimiento es espiritual; luego también la especie que está en él.

Secunda vero pars est contra Venetum, *2 De Anima, tx. 127,*[62] et ⌊Pisanum⌋ in sua *Perspectiva, p. 2, prop. 5.*[63] Qui universaliter asserunt omnes species, etiam sensibiles [esse indivisibiles] et immateriales. Tamen illa pars conclusionis consimili ratione fit [tam] certa, sicut prima, nam ⌊forma accidentalis] proportionatur potentiae in qua ⌊subiectatur⌋; sed potentiae omnes sensitivae sunt materiales et extensae; ergo et species quae subiectantur in illis.

Idque experientia confirmat. Nam in speculo species reflectitur ⌊extensa⌋, nam si frangatur speculum, per quod integra facies repraesentabatur, et maneat dimidia pars speculi, eo modo quo antea repraesentabitur etiam sola dimidia facies; ergo id provenit, quia in integro speculo reflectabatur integra facies, in parte vero pars; ergo.

Similiter, in parvo speculo res apparet minor, et in maiori, maior; ergo in maiori speculo producitur maior species, et in minori, minor. Si autem esset indivisibilis, aequalis esset in quolibet speculo.

Item, nam stat videre partem obiecti, non viso toto; ergo est alia species repraesentans partem, et alia totum; ergo illa, quae repraesentat partem, est pars speciei integrae repraesentantis totum.

18 Sed manet [tunc] difficultas circa [hanc] secundam partem, nam si species, v.g., visus est extensa, et per diversas sui partes repraesentat diversas partes obiecti, quomodo potest videri et repraesentari per illam obiectum magnae magnitudinis? Ad hoc difficile responderi potest.

Et ideo aiunt quidam quod a toto obiecto visibili una tantum species producitur, quae quidem si consideretur secundum partes subiecti, in quo recipitur, est extensa et divisibilis; si autem consideretur secundum rationem repraesentandi, non est divisibilis, sed tota repraesentat totum visibile, et quaelibet / illius pars etiam repraesentat totum. *P194v*

---

303 Pisanum *PL,* Pysanum *S.* 303-4 universaliter] *iter. S.* 304 esse indivisibiles *PL, om. S.* 305 tam *P, om. SL.* 306 sicut prima *SP, om. L.* 306 forma accidentalis *P,* formae accidentales *S,* accidens *L.* 307 subiectatur *P,* subiectetur *S.* 310 extensa *P,* extenso modo *L,* extenso *S.* 312 facies *S,* species *P.* 312-3 ergo id... pars *om. L.* 313 in parte vero pars *S,* et pars in partem *P.* 313 ergo *add.* habebat partem *P.* 314 Similiter *praem.* Praeterea *P.* 318 ²alia *add. et iter.* est *S.* 318 ¹alia *SP,* partialis (III 2, 16) *L.* 318 ²alia *SP,* totalis (Ib.) *L.* 318 totum *add.* quod cum indivisibilitate stare non potest (Ib.) *L.* 318-9 ergo illa... totum *om. L.* 319 integrae *om. P.*

18 320 tunc *PL, om. S.* 320 hanc *P, om. S.* 322-3 et repraesentari *om. P.* 323 magnitudinis *add.* qualis mons *L.* 323-4 Ad hoc... potest *SP, om. L.* 325 aiunt *S,* dicunt *P.* 327 in quo recipitur *SP, om. L.* 329 visibile *SP,* obiectum *L.*

---

[62] O. c., ff. 104ᵛ-105; *Cfr. Ib.,* comm. 59 et 60: f. 67ᵛ, col. 2

[63] O. c., f. n. n. [9]

La segunda parte va dirigida contra Véneto en su *2 De Anima, tx. 127,* y contra Pisano en su *Perspectiva, p. 2, prop. 5.* Afirman con alcance universal que todas las especies, incluso las sensibles, son indivisibles e inmateriales. Esta parte de la tesis resulta tan cierta como la primera por una razón análoga: la forma accidental guarda proporción con la facultad en la que viene sustentada. Ahora bien, todas las facultades sensitivas son materiales y extensas. Luego también las especies que se sustentan en ellas.

La experiencia es buena confirmación: en el espejo la especie se refleja extensa; la prueba está en que si se parte el espejo que representaba íntegramente el rostro y queda la mitad del espejo tal como antes, también quedará representada solamente la mitad del rostro. La explicación es que en el espejo entero se reflejaba el rostro entero, y en la parte una parte. Luego.

De modo semejante en un espejo pequeño el objeto aparece más pequeño, y en uno mayor, mayor. Luego en un espejo mayor se produce una especie mayor, y en uno menor, menor. Pero si fuera indivisible, aparecería igual en cada uno de los espejos.

Asimismo, es posible ver una parte del objeto, sin que se lo vea entero. Una es, pues, la especie que representa la parte y otra la que representa el todo. Luego la que representa la parte es parte de la especie íntegra que representa el todo.

18 Pero entonces queda una dificultad sobre esta segunda parte: Si la especie de la vista, por ejemplo, es extensa y por medio de sus distintas partes representa las distintas partes del objeto, ¿cómo puede verse y representarse por ella un objeto de gran tamaño? Difícil respuesta.

Por eso dicen algunos que el objeto entero visible produce una única especie: si se la considera en las partes del sujeto en que se recibe, es extensa y divisible; pero si se la considera en su índole representativa no es divisible, sino que toda ella representa el objeto visible entero, y cada una de sus partes representa también el todo.

/ Sed contra hanc opinionem non minus procedunt rationes et experientiae adductae quam contra aliam. Ostendunt enim experientiae quod datur pars speciei repraesentans partem obiecti et non totum. S116v

I t e m , nam ex illa opinione sequitur quod species repraesentans duos parietes est una tantum, quae per quamlibet sui partem repraesentat utrumque parietem, nam par est ratio de duobus parietibus et de ⌊duabus⌋ partibus eiusdem. Consequens autem, [ut] constat, falsum [est] ex [dictis in] secunda *conclusione.*[64]

19 Quare dicitur quod obiectum, v.g., visibile multiplicat actionem suam in circulum, nam commune est omnibus agentibus naturalibus quod [sphaera suae⌋ activitatis sit ⌊circularis⌋. Et specialiter de speciebus ait [hoc] Aristoteles, *lib. De somno.*[65]

Et e x p e r i e n t i a [i d] c o n f i r m a t u r . Nam in ripa fluminis videtur quis et per aerem et [per] aquam versus omnem partem; multiplicat ergo species versus omnes partes.

Ex quo colligitur quod obiectum visibile, et secundum se totum et secundum omnem sui partem, producit speciem sui versus omnem partem medii, et ita nulla est medii pars in qua non sit tota species visibilis; illa tamen species non est simplex et indivisibilis, sed est composita ex multis partibus, per quas repraesentat diversas partes obiecti. Unde constat experientia quod una pars est separabilis ab alia, ut si auferatur una pars obiecti, aufertur species illius, et non aliarum partium. Quae partes non necessario sunt in diversis partibus subiecti, sed possunt esse in eadem, integrantes unam speciem totius obiecti.

20 Sed tunc manet d i f f i c u l t a s , nam si in eadem parte subiecti est species repraesentans totum, et in qualibet parte est etiam species repraesentans quamcumque partem obiecti, fiet repraesentatio obscura et confusa.

I t e m , quando species visibilis reflectitur in speculo, si in qualibet parte speculi est species repraesentans totum visibile, ergo per quamcumque ⌊partem⌋ speculi fieret reflexio integrae speciei.

---

330 rationes *SL*, argumenta *P*. 331 adductae *SL*, adducta *P*. 332 repraesentans *S*, repraesentantis *P*. 335-6 et de duabus *om. P*. 336 duabus *L*, duobus *S*. 336 partibus *S*, medietatibus *PL*. 336 ut *P*, *om. S*. 337 est *P*, *om. S*. 337 dictis in *P*, *om. S*.

19 338 dicitur *S*, dicendum videtur *PL*. 338 actionem *S*, speciem *PL*. 339 suam *S*, sui *PL*. 340 sphaera suae *P*, eorum plura (!) *S*. 340 circularis *L*, sphaerica *SP*. 341 hoc *P*, *om. S*. 341 lib. *SL*, c. *P*. 341 somno *SP*, sono *L*. 342 id *P*, *om. S*. 342 confirmatur *S*, probatur *P*, comprobat *L*. 343 per *PL*, *om. S*. 347-8 tota species visibilis *S*, species totius visibilis *PL*. 348 simplex *add.* (ut quidam volunt) (III 2, 18) *L*. 348 et indivisibilis *SP*, *om. L*. 355 et *S*, ut *P*. 355 est *om. P*.

20 360 partem *PL*, spem [= speciem] *S*.

---

[64] n. 8 [65] 460 b 28 sqq.

Pero contra esta opinión no son menos válidas las razones y los datos de experiencia aducidos que contra la otra: los datos de experiencia muestran que hay una parte de la especie que representa una parte del objeto y no todo el objeto.

Asimismo, de esa opinión se sigue que la especie que representa dos paredes es solamente una; por cada una de sus partes representa una y otra pared. La razón es semejante cuando se trata de dos paredes y de dos partes de la misma pared. Ahora bien, la conclusión es falsa, como es evidente por las razones aducidas al exponer la segunda tesis.

19 Por consiguiente, decimos que el objeto visible, por ejemplo, multiplica su acción circularmente, pues es característica común de todos los agentes naturales la circularidad en la esfera de su actividad. Afirmación que Aristóteles aplica especialmente a las especies en el *lib. De somno*.

La experiencia es buena confirmación: a la orilla de un río se contempla uno por medio del aire y del agua frente a todas sus partes. Luego produce múltiples especies frente a todas sus partes.

Consecuencia: El objeto visible considerado tanto en su conjunto como en todas sus partes produce su especie propia frente a todas las partes del aire, de modo que no hay parte alguna del aire en la que no esté la especie entera del objeto visible. Pero esa especie no es simple e indivisible, sino compuesta de las múltiples partes, por las que representa las diversas partes del objeto. La experiencia da que es separable una parte de la otra, de suerte que si se sustrae una parte del objeto, queda sustraída su especie, pero no las de las otras partes. No es forzoso que dichas partes estén en diversas partes del sujeto, pueden estar en una misma integrando la única especie del objeto entero.

20 Pero entonces queda una dificultad: Si en una misma parte del sujeto está la especie que representa el objeto en su totalidad, y en cada una de las partes está también la especie que representa cada parte del objeto, la representación que resulta será obscura y confusa.

Asimismo, cuando la especie de un objeto visible se refleja en el espejo, si en cada una de las partes del espejo está la especie que representa el objeto visible en su totalidad, la consecuencia es que por medio de cada parte del espejo se produciría el reflejo de la especie completa.

R e s p o n d e t u r, quod repraesentatio non fit confusa neque obscura, quia species proveniunt ad potentiam per lineam rectam, et quantum fieri potest, ⌊brevissimam⌋; et quia species procedunt ab obiecto eo ordine et modo quo sunt inter se partes ordinatae, ideo illo modo videntur sine confusione ulla.

Et similiter in speculo fit reflexio sine confusione, nam per eamdem lineam fit reflexio, per quam species ad speculum procedunt, et eodem ordine et modo, et semper illa pars speciei, quae per minorem lineam / multiplicatur, efficatius movet potentiam, aut efficatius etiam *P195*
reflectitur in speculum.

Sed tunc ulterius restabat a l i a d i f f i c u l t a s, nempe quomodo res appareat maior vel minor ad certam distantiam. Sed haec melius [tractabitur] *disputatione 7, quaestione* ⌊*4*⌋. [66]

21 Q u a r t a c o n c l u s i o : Istae species intentionales sunt similitudines formales obiectorum.

Est communis fere omnium theologorum. De qua D. Thoma, *1 p., q. 12, a. 2; 2 Contra* [*Gentes*], *cap. 98; 3 Contra* [*Gentes*], *cap. 49.*
/ Et sequitur ex dictis, nam species ponitur in potentia, ut suppleat vicem *S117*
obiecti; non potest autem supplere, nisi illud repraesentet. Sed dicunt quidam quod supplet, quia est quasi semen ipsius obiecti. Sed quid est esse semen obiecti, si non est illius similitudo, neque eiusdem speciei cum illo? Ergo tantum erit quaedam qualitas imperfectior obiecto, et imperfecta quaedam illius participatio. Quomodo [ergo] poterit ducere in perfectam obiecti cognitionem?

I t e m, Aristoteles [67] et omnes philosophi testantur quod potentia, ut cognoscat, debet fieri ipsum cognoscibile per formam illius; ergo vel realiter recipit ipsam formam, vel per similitudinem aliquam. Non primo modo; ergo secundo. Et huic concordant D. Dionysius, [68] Augustinus, [69] et alii Sancti, qui in Angelis ideo ponunt similitudines omnium rerum, et divinam essentiam [—aiunt—] esse repraesentativam omnium, ut sit omnium cognoscitiva.

361 neque *S*, nec *P*, vel *L*. 362 species *add.* ex obiecto (III 2, 19) *L*. 362 potentiam *add.* vel speculum (Ib.) *L*. 363 brevissimam *PL*, brevissima *S*. 367 ad speculum *SP*, ab speculo (Ib.) *L*. 367 procedunt *S*, proveniunt *P*, provenit *L*. 371 nempe *om. PL*. 372 haec *SL*, de hac re *P*. 373 melius *SL*, *om. P*. 373 tractabitur *L*, dicetur *P*, *om. S*. 373 4 *P*, 5 *S*, *add.* fol. 113, lra. b. c. (?) *P*.

21 374-424 sunt similitudines... de nomine *S*, non repraesentantur... similem negabunt (III 2, 20-26, lin. 23) *L*. 376 fere *om. P*. 376 theologorum *om. P*. 377 $^{1-2}$ gentes *P*, *om. S*. 378 Et *om. P*. 378 117] 115 *S*. 379 autem *S*, vero *P*. 381 esse semen obiecti *S*, hoc *P*. 381 neque *S*, nec *P*. 382 Ergo *S*, enim *P*. 383 ergo *P*, *om. S*. 387 aliquam *om. P*. 388 concordant *S*, consentiunt *P*. 389 Sancti *om. P*. 389 ideo *S*, hac ratione *P*. 390 aiunt *P*, *om. S*.

[66] nn. 7 sqq.

[67] *De an.* Γ 4: 430 a 2 sq.

[68] *Cfr. supra not.* 19

[69] *Cfr. Super Gen. ad lit.*, II 8, 16: PL 34, 269; *Ib.* IV 25, 41: PL 32, 49.—*Cfr. supra not.* 20

Respuesta: La representación no resulta obscura y confusa, porque las especies llegan a la facultad en línea recta y por el camino más corto posible; y como las especies proceden del objeto con el orden y en la forma con que están ordenadas las partes entre sí, de ahí que se vean también sin confusión ninguna.

De modo análogo el reflejo en el espejo se produce sin confusión: por la misma línea en que tiene lugar el reflejo avanzan también las especies hacia el espejo, y en el mismo orden y forma; aquella parte de la especie que se multiplica por la línea más corta mueve la facultad con más intensidad y con más intensidad también se refleja en el espejo.

Quedaba todavía pendiente otra dificultad: el mayor o menor tamaño del objeto según la distancia. En la *disputa 7, cuestión 4* la examinaremos con más comodidad.

21 Cuarta tesis: Estas especies intencionales son semejanzas formales de los objetos.

Es opinión comúnmente admitida por casi todos los teólogos. De ella Santo Tomás en *1 p., q. 12, a. 2; 2 Contra Gentes, cap. 98; 3 Contra Gentes, cap. 49.* Es una consecuencia de la investigación anterior: la especie se pone en la facultad con el fin de suplir vicariamente al objeto. Ahora bien, no es posible suplirlo, si no lo representa. Hay quienes dicen: lo suple por ser a manera de semilla del objeto. Pero ¿en qué consiste ese ser semilla del objeto, si no es semejanza de él ni tampoco es de su misma naturaleza? No pasará de ser una cierta cualidad de menor perfección que el objeto y una imperfecta participación del mismo. ¿Cómo va a poder, por consiguiente, llevar a un conocimiento perfecto del objeto?

Asimismo, Aristóteles y todos los filósofos afirman que la facultad, para conocer, debe hacerse el cognoscible mismo mediante la forma de él. Luego o recibe físicamente la forma misma o por alguna semejanza. No lo primero, luego lo segundo. Están de acuerdo Dionisio, San Agustín y otros Santos. Por eso ponen en los ángeles unas semejanzas de todos los objetos y dicen que la esencia divina es omnirepresentativa para ser omnicognoscitiva.

Favet etiam experientia de speciebus speculi, nam non apparet quomodo species illa reflexa potest causare tam claram visionem obiecti, quod per se ipsum non est praesens oculis, nisi esset vera similitudo ipsum obiectum repraesentans.

Item, est experientia, quod imaginatio in absentia obiecti format aliquam internam similitudinem illius; quod non potest facere, nisi species, quae in ipsa manent, essent similitudines obiectorum.

22 Non tamen deficiunt qui hanc negent conclusionem, quia non intelligunt quomodo species spiritualis sit similitudo rei materialis.

Item, quia non apparet quomodo sonus, etc., sit repraesentabilis. Tamen hoc parum urget, nam quamvis res ipsa [de se] sit difficilis intellectu, tamen constat non esse impossibile, nam spiritualior est divina substantia, et est omnium repraesentativa, nam non omnis repraesentatio est materialis per compositionem linearum, sed potest fieri intentionali modo; et sic fit per species.

23 Sed dubitabis, an esse similitudinem sit de essentia illius qualitatis, quae est species intentionalis.—Respondetur quod sic [est], nam illa species et est qualitas, et talis qualitas, et non est per quid constituatur in esse talis qualitatis, nisi quia repraesentativa est.

Item, nam haec res, quae est species, essentialiter est qualitas; ergo debet esse in aliqua specie qualitatis, et maxime in specie dispositionis, / nam disponit ad operari; non autem disponit, nisi ut repraesentativa *P195v* est; ergo hoc includitur in specifica ratione talis qualitatis. Unde illa similitudo speciei non est fingenda [sicut] similitudo artificiosa imaginis quae fundatur in aliis qualitatibus per artem [compositionis, nempe] in coloribus sic delineatis, sed est similitudo quaedam naturalis conveniens intrinsece illi qualitati, quae est species [ex natura sua]. Unde talis similitudo proprie [loquendo] non ponitur in quarta specie qualitatis, quia non est figura materialiter repraesentans rem, nisi forte dicas quod [quaelibet] forma, quatenus repraesentativa, ponitur in quarta specie, atque adeo quod species intentionalis sub diversis rationibus pertinet ad diversas species [qualitatis]; de quo non disputo, quia fere est / quaestio de nomine. *S117v*

---

392 Favet *S*, facit (!) *P*. 393-400 species illa... quomodo species *om. P*. (*laguna de transcripción*).

22 400 sit *om. P*. 401 etc *om. P*. 402 urget *S*, viget *P*. 402 nam *S*, quia *P*. 402 de se *P*, *om. P*.

23 407 dubitabis *S*, dubitavit, *add.* aliquis *P*. 408 est *P*, *om. S*. 414 ratione *S*, essentia *P*. 415 sicut *P*, si autem (!) *S*. 416-7 compositionis, nempe *P*, compositionem (!) *S*. 418-9 ex... sua *P*, *om. S*. 419 loquendo *P*, *om. S*. 421 dicas *S*, quis dicat *P*. 421 quaelibet *P*, *om. S*. 421 quatenus *S*, ut *P*. 421 repraesentativa *add.* est *P*. 423 qualitatis *P*, *om. S*.

La experiencia de las especies del espejo es un dato a favor: no se ve cómo esa especie reflejada puede causar una visión tan clara de un objeto que no está por sí mismo presente a los ojos, si no fuese una semejanza que representa al objeto mismo.

Asimismo, la experiencia da que la imaginación forma en ausencia del objeto una determinada semejanza interna de él; imposible, si las especies que en ella permanecen no fuesen semejanzas de los objetos.

22 No faltan quienes niegan la tesis por no comprender cómo una especie espiritual pueda ser semejanza de una cosa material. Y además porque no se ve cómo el sonido, etc. pueda ser representable.

Estas consideraciones, sin embargo, hacen poca fuerza: aunque la cosa de suyo sea de difícil comprensión, no es imposible, evidentemente; más espiritual es la sustancia divina y es omnirepresentativa. Y es que no toda representación es material por composición de líneas, puede hacerse por vía intencional; es el caso de la representación por especies.

23 Una duda: ¿El ser una semejanza atañe a la esencia de esa cualidad que es la especie intencional? Respuesta: así es; la especie es una cualidad y una cualidad tal, y se constituye en su ser de cualidad tal ni más ni menos que por su índole representativa.

Otra razón: Esto que llamamos especie es esencialmente una cualidad. Ha de estar, pues, colocada en una determinada clase de cualidad; y más que en ninguna en la disposición, pues dispone para la acción. Ahora bien, mal puede disponer, si no es representativa. Luego esta nota queda incluida en el concepto esencial de tal cualidad. No hay, pues, que imaginar esa semejanza de la especie como la semejanza artificial de una imagen con base en otras cualidades adquiridas por el arte de la composición, esto es, en los colores dispuestos de esta manera; es una semejanza natural que conviene intrínsecamente a esa cualidad que por su propia esencia es especie. Por lo tanto, hablando con propiedad esta semejanza no se coloca en la cuarta clase de cualidad, porque no es una figura que represente materialmente el objeto; de no dar en decir que toda forma, por ser representativa, se coloca en la cuarta clase y que por ende la especie intencional según diversos aspectos se inscribe en diversas clases de cualidad. No entro en discusión: es casi una cuestión de terminología.

24 Ex quo colligitur quod divisio illa communis, qua species intentionalis distingui solet in esse qualitatis, et in esse repraesentativo, non est propria, quamvis putetur esse desumptam ex Aristotele, *De memoria et reminiscentia, cap. 1,*[70] et ex D. Thoma, *3 Contra Gentes, cap. <51>,* ubi ait quod divina essentia est forma intellectus, non secundum esse reale, sed secundum esse intelligibile.

Non est —inquam— divisio propria, quia qualitas illa, quae est species, non potest concipi sub integro conceptu huius qualitatis, nisi concipiatur ut repraesentativa est, quia, ut dictum est,[71] hoc includitur in specifica essentia illius.

Item, illa particula "ut repraesentativa" vel reduplicat esse reale, vel non. Si non, nihil reduplicat. Si reduplicat esse reale, illud non est substantiale; ergo accidentale, et non alterius praedicamenti, nisi qualitatis; ergo reduplicat esse qualitatis; ergo ut sic est qualitas, scilicet ut repraesentativa; ergo nulla est distinctio, nisi forte "in esse qualitatis" dicatur, id est, secundum quod concipitur sub communi ratione qualitatis, et "in esse ⌊repraesentativo⌋" quando sub proprio conceptu sumitur.

Aristoteles vero, supra citatus,[72] non insinuat illam distinctionem, sed aliam, scilicet quod species aliquando exercet officium repraesentantis, ut quando per illam potentia operatur, aliquando vero non exercet, ut quando mortuo modo manet in potentia.

25 *Explicatur quidam locus D. Thomae, 3 Contra* [*Gentes*], *cap. 11.*— Divus autem Thomas solum intendit quod divina essentia non est ita forma [intellectus], ut illum realiter actuet, sicut calor actuat calidum. Et hoc significat dicens quod non est forma secundum esse reale. Dicitur autem forma intelligibilis, quia ita / unitur ⌊intellectui⌋ beati, ut *P196*
suppleat vicem speciei intelligibilis in illo.

24 425 Ex quo *SP,* Quarto *L.* (*Cfr. supra* III 2, 20-26) 426 [2]in *om. P.* 427 esse desumptam *S,* desumpta *PL.* 428 ex *SL, om. P.* 429 51] 11 *SPL.* 433 est *add.* formaliter, vel, ut verius putamus, efficienter (III 2, 26) *L.* 433 dictum est *S,* dixi *P.* 433 hoc *SP,* haec ipsa eius efficacitas transcendentalis ad expressam similitudinem (III 2, 26) *L.* 434 specifica *SP, om. L.* 436 non. Si non *SP, om. L.* 436 [2]non *S,* secundum *P.* 436 reduplicat esse reale *S,* primum *PL.* 436 illud *add.* esse *PL.* 439 scilicet *om. P.* 439 ut repraesentativa *S, post* ergo (438 [2]) *P.* 439 ergo... distinctio *SP, om. P.* 441 repraesentativo *P,* repraesentantis *SL.* 443 insinuat *S,* docet *P,* tradit *L.* 446 mortuo modo *SL,* instrumentum (!) *P.*

25 448 autem *S,* at *P,* quoque *L.* 449 intellectus *PL, om. S.* 451 intellectui *P,* intellectus *S.* 452 illo *add.* Statutum sit ergo iuxta hactenus dicta pro 4. conclusione, impressas species formales similitudines, ac veluti picturas objectorum non esse, gravioresque Philosophos, aut etiam patres iis vocibus utentes, in sensu causali, aut interdum de expressa imagine procedere (III 2, 26) *L.*

[70] 450 b 31-451 a 8
[71] *Cfr. supra,* n. 23
[72] *Cfr. supra not.* 70

24 De aquí un corolario: La clasificación generalizada que distingue usualmente en la especie un ser de cualidad y un ser de representación no es correcta, no obstante la creencia de que se encuentra en Aristóteles, *De memoria et reminiscentia, cap. 1* y en Santo Tomás, *3 Contra Gentes, cap. 51* cuando dice que la esencia divina es forma del entendimiento no por su ser real sino por su ser inteligible.

No es —repito— una clasificación correcta, porque esa cualidad que es la especie no se puede concebir en su pleno concepto de la cualidad que es, si no se concibe en cuanto representativa. Ya lo dijimos: es una nota constitutiva de su esencia.

Asimismo, la determinación "en cuanto representativa" carga el acento sobre el ser real, o no. Si no, nada acentúa. Si carga el acento sobre el ser real, éste no es sustancial; será, pues, accidental y su predicamento no será otro que el de cualidad. Luego el acento recae sobre el ser de cualidad; luego como tal, esto es, en cuanto representativa, es cualidad. En definitiva, no hay distinción alguna. Acaso quepa la expresión "en su ser de cualidad", es decir, bajo el aspecto del concepto común de cualidad, y "en su ser representativo" cuando se considera bajo su concepto privativo.

Aristóteles, en el pasaje citado, no deja entrever esa distinción sino otra: la especie unas veces desempeña la función representativa, cuando la facultad, por ejemplo, actúa por medio de ella; y otras veces no la desempeña: por ejemplo, cuando se queda mortecinamente en la facultad.

25 *Explicación de un cierto pasaje de Sto. Tomás, en 3 Contra Gentes, cap. 11.*—Sto. Tomás sólo pretende decir que la esencia divina no es de tal manera la forma del entendimiento que lo actúe realmente, a la manera como el calor actúa lo cálido. Y esto es lo que intenta cuando dice que no es forma según el ser real. No obstante, se llama forma inteligible porque se une al entendimiento de los bienaventurados con el fin de sustituir en él la especie inteligible.

26 *Quomodo cognosci queant res inexistentes.*—Sed manent circa [has] conclusiones difficultates [nonnullae].

P r i m a ⌊est⌋ circa primam et quartam, nam si ad cognoscendum requiritur species repraesentans, non poterit cognosci res non existens, quia illa non potest repraesentari. Repraesentantis enim ad repraesentatum debet esse relatio realis. Vel saltem non poterit cognosci res impossibilis, ut chimaera, quia res impossibiles repraesentari non possunt.

Similiter entia rationis non possunt repraesentari; ergo neque cognosci. [Privationis] etiam non potest dari species repraesentativa, et tamen cognoscitur, nam sicut video locum esse lucidum, ita etiam tenebrosum. Et Aristoteles,[73] saepe, hic, ait quod idem est sensus obiecti et privationis.

R e s p o n d e t u r, quod res non existens optime potest repraesentari, neque semper inter repraesentans et repraesentatum est relatio realis, sed res repraesentans ut sic est res absoluta, apta ut referatur, si res repraesentata existat. Res vero impossibilis cognoscitur per species repraesentantes partes possibiles, et ut sic aliquo modo depingi ⌊aut⌋ repraesentari potest, ut potest esse imago repraesentans chimaeram, id est, animal constans ex quadam parte / hominis, alia leonis, etc. Tamen *S118* illae partes, ut repraesentantur secundum exteriorem tantum figuram, possibiles sunt, et repraesentari possunt etiam ut coniunctae, quamvis coniunctio earum substantialiter sumptarum sit impossibilis.

Entia vero rationis finguntur et cognoscuntur per species earum rerum in quibus fundantur, addito discursu et reflexione intellectus. Privatio etiam consimili modo cognoscitur per species sui positivi, ut Aristoteles docet infra, *lib.* <*2*>, *cap. 7.*[74]

Unde concludit argumentum quod nullus sensus externus potest positivo actu cognoscere privationem, ut visus non videt tenebras actu positivo, alias videret quod est impossibile, quia non habet obiectum. Et similiter auditus audiret carentiam <soni>. Istae ergo potentiae dicuntur cognoscere privationem suorum obiectorum non positive, sed privative, nempe quia carent actibus, et tunc potentia aliqua interior,

---

26 453 has *P, om. S.* 454 nonnullae *P, om. S.* 455 Prima *SL*, 3.ª (!) *P.* 455 est *L*, et *S, om. P.* 459 non *om. P.* 460 neque *S*, nec *PL.* 461 Privationis *P*, privationes *S.* 462 video *S*, cognosco *P*, conspicio *L.* 462 esse *SL, om. P.* 462 etiam *S*, et *PL.* 463 saepe *SL, om. P.* 463 ait *om. P.* 466 neque *S*, nec *PL.* 466 repraesentans *SL*, repraesentantem *P.* 469 aut *PL*, autem *S.* 470-1 id est... etc. *SP, om. L.* 471 118] 116 *S.* 474 substantialiter sumptarum *SL*, secundum substantias suas *P.* 478 infra *om. PL.* 478 2] 3 *SPL.* 479 externus *om. P*, extremum (!) *V.* 480 videt *SL*, cognoscit *P.* 481 alias... obiectum *SP, om. L.* 482 Et *om. P.* 482 carentiam soni (sonis *P*, sonus (!) *S*) *SP*, silentium *L.* 482 Istae *S*, istam (!) *P.* 482-3 dicuntur *SL*, debent *P.* 484 nempe *S*, scilicet *P, om. L.* 484 quia *add.* tunc *P.* 484 carent *SL*, caret *P.*

---

[73] *De an.* B 11: 424 a 10-15

[74] 418 b 18 sqq.; b 31; *Cfr. De an.* Γ 6: 430 b 20 sqq.

26 *Modo de poder conocer los objetos inexistentes.*—Quedan pendientes algunas dificultades en torno a estas tesis. La primera se refiere a la primera y cuarta: Si la especie representativa es un requisito para conocer, es imposible el conocimiento de lo no existente por no ser susceptible de representación. En efecto, debe existir una relación real de representante a representado. Al menos no se podrá conocer una cosa imposible, como la quimera, pues las cosas imposibles no son susceptibles de representación.

De modo análogo tampoco los entes de razón son susceptibles de representación; luego ni de conocimiento. Tampoco puede darse especie representativa de la privación, y sin embargo se conoce: lo mismo que veo un lugar luminoso veo también uno obscuro. Aristóteles, al tratar el tema, dice a menudo que tanto se percibe el objeto como su privación.

Respuesta: Una cosa inexistente puede perfectamente representarse. Además no siempre existe una relación real entre representante y representado: la cosa representante como tal es absoluta, con aptitud para ser referida, si existe la cosa representada. Ahora bien, se llega al conocimiento de una cosa imposible por especies que representan partes posibles. Por este procedimiento cabe alguna manera de descripción o representación; tal puede ser la imagen que representa una quimera, esto es, un animal que tiene una parte de hombre, otra de león, etc. Las partes mismas son posibles, representadas solamente en su figura exterior. También pueden representarse en cuanto unidas, aunque la unión de ellas consideradas sustancialmente es imposible.

Los entes de razón se elaboran y conocen por las especies de las cosas en que se fundan con ayuda del raciocinio y reflexión intelectuales. También la privación se conoce de manera semejante por las especies de su positivo, como enseña Aristóteles páginas después en el *lib. 2, cap. 7.*

El argumento, pues, lleva a la conclusión de que ningún sentido externo puede conocer la privación con un acto positivo; la vista, por ejemplo, no ve las tinieblas con un acto positivo; si así fuera, vería lo que es imposible, pues le falta objeto. De modo semejante el oído oiría la carencia del sonido. Por lo tanto, se dice que estas facultades conocen la privación de sus objetos no de una forma positiva sino privativa, es decir, porque carecen de actos para ello; pero entonces una determinada facultad interior con capacidad de raciocinio conoce

quae vim habet discurrendi per speciem obiecti positivi, cognoscit privationem illius, nam quia cum lux est, statim oculus non impeditus immutatur, ideo quando non immutatur, potentia interior cognoscit per species lucis ibi non / esse lumen. *P196v*

27 *Explicatur quaedam maxima Aristotelis.*—Secunda difficultas est circa secundam conclusionem, nam ex illa videtur destrui illa maxima Aristotelis *—lib. 3, cap. 4—,*[75] quod potentia cognoscitiva debet esse denudata a natura sui obiecti, ne "intus existens prohibeat [extraneum]"; et quia "recipiens debet esse denudatum a natura recepti". Nam iuxta hanc conclusionem satis est quod potentia recipiat species intentionales sui obiecti; ergo satis est quod ipsa potentia careat speciebus secundum se, ut immutari possit ab obiecto; ergo non est necesse quod sit denudata a reali natura ipsius obiecti, ut licet oculus esset albus, esset in potentia ad receptionem specierum omnium colorum, quia careret illis, sicut modo, licet sit lucidus, est in potentia ad recipiendas species lucis et aliorum visibilium.

Respondetur, argumentum concludere quod <illae maximae>: "[Intus existens, etc., et recipiens debet esse denudatum, etc.]," <applicatae> ad potentias cognoscitivas non possunt in hoc fundari quod potentia receptiva [cognoscitiva] debet carere actu quo actuatur, ut illum possit recipere, nam ex hoc fundamento tantum potest concludi quod potentia cognoscitiva, ut aliquid ab obiecto possit recipere, debet carere speciebus ipsis, non vero quod debet carere reali natura obiecti. Quapropter maximae illae non verificantur [necessario] in potentia cognoscitiva, ut sic, sed si veritatem habet, ut plurimum est in potentiis materialibus, propter specialem aliquam conditionem earum, ut supra *d. 2, q. 3,* [diximus].[76]

28 Ad cuius intelligentiam nota quod omnis potentia materialis residet in aliquo determinato organo corporis, in quo requirit certum temperamentum qualitatum, ut per illud debito modo possit proprias

488 lumen *add.* cum oculus expeditus non immutetur (III 2, 28) *L.*

27 490 *add. in margine a. m.*: Et vide circa hoc Patrem Toletum, *3 De Anima, c. 4, tx. 2* et *3* [q. 7: o. c., ff. 133 sq.], et in *q. 9* [o. c., ff. 134^v-136^v], ubi late de hoc. *S.* 493 extraneum *PL,* etc. *S.* 494 nam *iter. S.* 494 hanc conclusionem *S,* hoc conclusio (!) *P.* 494-5 quod potentia... satis est *SP, om. L (laguna de transcripción)* 499 careret *SL,* caret *P.* 500 lucis *S,* lucidi *PL.* 501-2 illae maximae] illa maxima *SP.* 502 Intus... etc. *PL, om. S.* 503 applicatae] applicata *SL,* applicatur *P.* 504 cognoscitiva *P, om. S.* 504 quo... actuatur *SP, om. L.* 506 cognoscitiva *om. P.* 507 quod *add.* (!) non *S.* 508 necessario *P, om. S.* 510 aliquam *om. PL.* 511 diximus *P, om. S.*

28 512 nota *S,* est notandum *P.* 512 quod omnis potentia materialis *SP,* potentiam sensitivam (III 2, 31) *L.* 514 illud *SL,* illum *P.*

[75] *De an.* 429 a 18-22; a 24 sq.

[76] nn. 8-10

por la especie del objeto positivo la privación de él: cuando hay luz, el ojo, si no está impedido, al punto se siente alterado, y justamente por eso cuando no se siente alterado, la facultad interior conoce por las especies de la luz la no existencia de resplandor.

27 *Explicación de un axioma aristotélico.*—La segunda dificultad concierne a la segunda tesis. Con ella queda desbaratado, al parecer, aquel axioma de Aristóteles en el *lib. 3, cap. 4:* la facultad cognoscitiva ha de estar despojada de la naturaleza de su objeto, no sea que "instalada dentro impida la entrada a lo de fuera"; y porque "quien recibe debe estar despojado de la naturaleza de lo recibido". En efecto, según esta segunda tesis basta con que la propia facultad carezca de las especies en sí mismas, para que sea posible su alteración por el objeto. Luego no hace falta que esté despojada de la naturaleza real del objeto mismo; aunque el ojo, por ejemplo, fuese blanco, estaría en potencia para recibir las especies de todos los colores, por carecer de ellas; de la misma suerte que, aunque sea transparente, está en potencia para recibir las especies de la luz y demás objetos visibles.

Respuesta: El argumento prueba que esos axiomas: "Lo instalado dentro, etc." y "quien recibe debe estar despojado, etc.", aplicados a las facultades cognoscitivas no pueden tener su fundamento en que la facultad receptiva cognoscitiva debe carecer del acto por el que es actualizada para poder recibirlo. En efecto, este fundamento sólo da derecho a concluir que la facultad cognoscitiva, para poder recibir algo del objeto, ha de carecer de las especies mismas, pero no que ha de carecer de la naturaleza real del objeto. Por lo tanto esos axiomas no tienen necesariamente aplicación en la facultad cognoscitiva como tal; la verdad de su contenido se verifica a lo sumo en las facultades materiales por la condición especial que tienen, como dijimos antes en la *d. 2, q. 3.*

28 Téngase en cuenta en orden a aclarar conceptos que toda facultad material reside en un determinado órgano del cuerpo y en él exige un cierto acondicionamiento de cualidades, del que se vale para poder debidamente recibir sus propias especies. En efecto, aunque la altera-

species recipere, nam licet immutatio obiecti sensibilis sit intentionalis, requirit tamen in organo debitam dispositionem, ut illud commode immutari possit, ut organum visus non potest immutari a sono, nec organum auditus a luce, / quia non quaelibet res est receptiva quarumlibet *S118v* specierum; immo unumquodque obiectum sensibile requirit certum subiectum immutabile ab ipso cum quo habet quamdam consonantiam [et convenientiam], ut illi aliquo modo assimilari possit. Unde in sequentibus[77] videbimus quod unumquodque organum est accommodatum obiecto potentiae.

Unde ex hac parte iam colligi potest quod / si organum poten- *P197* tiae esset accommodatum parti obiecti, <aut> ⌊haberet naturam⌋ illius, impediret maxime cognitionem aliorum. Et propter hoc pupilla oculi vacat omni ⌊colore⌋, nam si esset nigra, v.g., non esset apta ad recipiendas species albedinis, quia albedo non est immutativa rei nigrae, nec assimilativa illius, etiam intentionaliter.

29 2.° n o t a quod m u l t i s m o d i s fingi potest potentiam sensitivam habere intra se obiectum suum, vel partem illius.

U n o m o d o, quod ipsa potentia esset aliqua pars [sui] obiecti, [ut si fingamus quod visus esset albedo vel nigredo.

S e c u n d o m o d o, quod aliqua pars obiecti] esset coniuncta potentiae, ut si visui inhaereret albedo.

T e r t i o m o d o, quod sit coniuncta organo, ut si pupilla oculi esset alba, vel nigra.

Et omnibus his modis necessarium est quod potentia cognoscitiva materialis sit denudata a [natura] ⌊sui obiecti⌋, nam si potentia cognoscitiva esset pars sui obiecti, esset eiusdem ordinis et materialitatis cum illo; hoc autem est contra naturam cognoscitivae potentiae, quae postulat abstractionem aliquam a materia, et ideo cum [in] potentiis materialibus cognoscitivis obiecta sint materialia, necesse est quod illa potentia abstrahat ab illa materialitate, et ideo debet esse denudata omnino a natura talis obiecti.

Quae ratio non habet locum in potentiis spiritualibus, ut constat, quia iam sunt de se in ⌊omni⌋ abstractione necessaria ad cognoscendum.

---

515 immutatio... sensibilis *SP*, ea receptio (Ib.) *L*. 517 organum *SL*, *om. P*. 518 receptiva *S*, susceptiva *PL*. 519 requirit *S*, determinat *PL*. 520 consonantiam *SL*, *om. P*. 521 et convenientiam *PL*, *om. S*. 523 potentiae *add.* quam sustinet (Ib.) *L*. 525 esset *S*, ut *P*. 525 esset... aut *SP*, *om. L*. 525 aut] autem *SP*. 525 haberet naturam *L*, ex natura *S*. 527 colore *PL*, corpore (!) *S*.

29 530 nota *S*, est notandum *P*. 532 sui *PL*, *om. S*. 533-4 ut si... obiecti *P*, *om. S*. 536 sit coniuncta *S*, si coniuncto *P*. 539 natura *P*, *om. SL*. 539 sui obiecti *P*, suo obiecto *SL*. 542 in *P*, *om. S*. 543 illa *S*, ipsa *P*. 546 ut constat *S*, ut de se patet *P*, *om. L*. 547 omni *P*, communi (!) *S*.

---

[77] n. 30; d. 9, q. 10

ción que produce el objeto sensible sea intencional, exige sin embargo en el órgano una adecuada disposición que haga posible su oportuna alteración. El órgano de la vista, por ejemplo, no puede ser alterado por el sonido, ni el órgano del oído por la luz, porque no cualquier cosa es receptiva de cualesquiera especies. Es más, cada objeto sensible exige un determinado sujeto al que pueda alterar, con el cual guarda una cierta consonancia y correspondencia a fin de poder asimilarse de alguna manera a él. En páginas siguientes veremos que cada órgano está ajustado al objeto de la facultad.

Por este capítulo cabe ya deducir que si el órgano de la facultad estuviese ajustado a un sector del objeto o tuviese su naturaleza, sería un gravísimo impedimento para el conocimiento de los otros objetos. Por eso la pupila del ojo está libre de todo color; porque si fuera negra, por ejemplo, no sería apta para recibir las especies de la blancura: la blancura no tiene capacidad para alterar una cosa negra ni tomar su semejanza aun desde el punto de vista intencional.

29 Téngase en cuenta, en segundo lugar, las múltiples maneras imaginables de tener una facultad sensitiva su objeto o una parte de él dentro de sí.

Una manera, siendo la facultad misma una determinada parte de su objeto; por ejemplo, si imagináramos ser la vista un color blanco o negro.

Otra manera, estando una determinada parte del objeto unida a la facultad; por ejemplo, si el color blanco fuese inherente a la vista.

Una tercera manera, estando unida al órgano; por ejemplo, si la pupila del ojo fuese blanca o negra.

De todas maneras es necesario que la facultad cognoscitiva material sea despojada de la naturaleza de su objeto. En efecto, si la facultad cognoscitiva fuese una parte de su objeto, sería del mismo orden y materialidad que él. Ahora bien, esto contradice a la naturaleza de la facultad cognoscitiva que exige una determinada abstracción de la materia; por consiguiente, siendo materiales los objetos de las facultades materiales cognoscitivas, es preciso que dicha facultad haga abstracción de esa materialidad y por lo mismo debe estar absolutamente despojada de la naturaleza de tal objeto.

Esta razón no tiene aplicación en las facultades espirituales como es evidente, al tener ya de suyo toda la abstracción necesaria para conocer.

Et deservire potest haec ratio intentioni Aristotelis,[78] nempe ad probandum intellectum non esse corporeum, nam cum comprehendat sub obiecto suo omnia corpora, debet magis abstrahere a materia ⌊quam⌋ corpus ipsum; ⌊quod⌋ non potuit esse, nisi ascendendo ad gradum rerum immaterialium. Et haec ratio probat etiam quod potentia cognoscitiva materialis debet esse denudata ab obiecto suo secundo modo, nam si obiectum posset inhaerere ipsi potentiae, talis potentia imperfecta esset et nimis materialis, et non esset apta ad recipienda alia particularia obiecta.

30 ⌊Tertius⌋ autem modus etiam impediret. Pro quo n o t a quod in organo potentiae materialis potest considerari id in quo adaequate subiectatur potentia, et praeterea possunt considerari omnia alia quae circumstant ⌊illud organum⌋, et ordinantur ad tuendum et conservandum ⌊illud⌋, / ut in visu totus oculus potest dici organum, tamen adae- *P197v*
quatum organum est pupilla; reliqua vero ordinantur ad perfectionem istius.

Igitur maxima illa habet locum in organo adaequato potentiae, nam si in illo esset aliquid obiecti, impediret cognitionem aliorum; tamen si inhaeret in aliis partibus circumstantibus, posset esse sine impedimento, ut de facto in oculo sunt / aliqui colores, tamen non im- *S119*
pediunt, quia non sunt in adaequato organo, sed in circumstantibus partibus et modo quo impedire non possint.

Ratio autem cur obiectum existens in organo impediret est, quia simul immutaret potentiam cum aliis ⌊obiectis⌋, et ita impediret puram immutationem aliorum, ut de facto color existens in medio impedit sensationem obiecti, quia immutat potentiam simul et per eamdem lineam, et ita species veniunt mixtae et multiplices, et ita potentia non potest distincte cognoscere. Aliquando etiam obiectum sic existens in organo impediret cognitionem, quia impediret immutationem aliorum ut de facto contingit in tactu, ut suo loco [dicemus].[79]

---

550 quam *PL,* quia *S.* 551 ipsum *add.* in... (?) *P.* 551 quod *PL,* quia *S.* 555 recipienda *S,* percipienda *P,* percipiendum *L.*

30 557 Tertius *PL,* triplex *S.* 557 nota *S,* est notandum *P.* 560 illud organum *P,* ordinem *S.* 561 illud *PL,* illum *S.* 566 inhaeret *S,* esset *P.* 567 119] 117 *S.* 568 sunt, *om. P.* 568 organo *add.* de qua re inferius cum de potentia visus agetur (III 2, 33) *L.* 568-9 sed in... possint *SP, om. L.* 570 cur *add.* juxta dictum tertium modum (Ib.) *L.* 570 impediret *add.* actum *L.* 570 est *add.* vel *P.* 571 obiectis *L, om. P,* obecti *S.* 572 medio *add.* vel sapor (Ib.) *L.* 573 simul *add.* cum aliis (Ib.) *L.* 574 ita *om. P.* 575 in *S,* potentia seu (Ib.) *L, add.* potentiae *P.* 576 impediret *SL,* impedit *P, add.* omnino (III 2, 33) *L.* 576 cognitionem *SL,* mutationem *P, add.* aliorum *L.* 576 immutationem *SL,* mutationem *P.* 577 dicemus *P, om. S.*

---

[78] *De an.* Γ V: 429 a 18-27

[79] d. 7, q. 13, n. 4

Haec est conclusio a nobis exposita et probata in *questione De sex ultimis praedicamentis,* ubi / ostendimus in actionibus immanentibus *S125* esse distinguendam rationem productionis a ratione qualitatis productae; quae qualitas est terminus illius actionis, ut productio est. Vide rationes ibi; et hoc etiam tetigimus supra, *d. 3, q. 2.* [190]

Insinuat idem Aristoteles, *10 Ethicorum ad Nichomacum, cap. 7,* [191] ubi ait quod contemplatio propter se ipsam consideratur. "Nihil enim —inquit— fit ab ipsa praeter hoc contemplatum, inquam, esse". Et *3 Physicorum, cap. 3,* [192] ait quod "actionis finis est aliquod factum". [Et] *5 Physicorum, cap. 2,* [193] [ait] quod actionis non est actio, sed ipsa est alterius ut termini; sed actio cognoscitiva est vera actio de praedicamento actionis, quia vere producit aliquam qualitatem de novo; ⌊ergo⌋ habet terminum productum. Unde *7 Metaphysicae, cap. 7,* [194] dicit quod "omne quod fit ex aliquo, [ac] aliquid est". Et *9 Metaphysicae, cap. 8,* [195] "Eius —inquit— quod fit aliquid factum est." Sed in actione cognoscitiva est fieri; est ergo aliquid factum per illud fieri, et illud est terminus.

Insinuat etiam D. Thomas, *1 p., q. 14, a. 2,* ubi ait per cognitionem produci aliquid, ratione cuius cognitum est in cognoscente; et *q. 54, a. 2,* ait quod in operationibus, quae transeunt, totum quod agit est extrinsecum, in immanentibus vero quod agit est in operante; est ergo aliquid quod agitur, et illud est terminus.

5 S e c u n d a c o n c l u s i o : Talis terminus formaliter tantum distinguitur ab actione cognoscendi.

Patet etiam ex dictis in dicta *quaestione 2,* [196] et in *Physicis,* [*tract. de proprietatibus entis naturalis*], nam qualitas in facto esse et fieri qualitatis formaliter / distinguitur, non realiter. *P206*

4 70 Prima *add.* ergo *P.* 70 conclusio *add.* sit *P.* 71 intrinsecus *add.* ac modaliter tantum ab ea distinctus (III 5, 4) *L.* 72 conclusio *om. P.* 73 125] 123 *S.* 73 *add. in margine a. m.*: q.ᵉ 1.ª, in fine [*Cfr. infra,* lin. 92, *in App. crit.*] *S.* 74-5 productae *SP, om. L.* 75-6 Vide... ibi *S,* Unde (!) rationes ibi factae, quae sufficiunt *P, om. L.* 76 et *SL, om. P.* 76 q. 2 *add.* Unde non est hic amplius immorandum (III 5, 4) *L.* 77-97 Insinuat... realiter *SP, om. L.* 78 propter *S,* per *P.* 79 inquit *S, om. P.* 81 Et *P, om. S.* 81 ait *P, om. S.* 82 cognoscitiva *S,* immanens *P.* 83 ergo *P,* quae *S.* 84 Unde *S,* et *P.* 85 ac *P,* hac (!) *S.* 85 est *S,* fit *P.* 92 *add. in margine a. m.*: De hoc vide tract. *De praedicamentis* in hoc (?) Codice, ubi invenies hoc in q.ᵉ de sex ultimis praedicamentis, in fine ⌊*Cfr. supra,* lin. 73, *in App. crit.*] *S.*

5 93 tantum *S,* solum *P.* 95 dicta... 2 *S,* d. 4 (!) *P.* 95-6 tract. ...naturalis *P, om. S.*

[190] n. 4 sqq.
[191] 1177 b 2
[192] 202 a 24
[193] 225 b 15: non est "generationis generatio", neque "mutationis mutatio" (*Ib.*); neque in genere "mutationis mutatio" (b 15 sq.); non est motus motus" (b 34); non est "quid cuiusdam (τις τινός: 126 a 16)
[194] 1032 a 13 sq.
[195] 1050 b 34 sqq.
[196] d. 3, q. 2: *Cfr. supra not.* 190

4 Primera tesis: Toda acción cognoscitiva produce algún término que le es intrínseco.

La tesis quedó ya expuesta y probada por nosotros en la cuestión *De sex ultimis praedicamentis,* en donde demostramos que en las acciones inmanentes es preciso distinguir entre producción y cualidad producida; cualidad que es término de esa acción en su aspecto de producción. A las razones allí expuestas me remito. También antes tocamos este punto en la *d. 3, q. 2.*

Lo da a entender Aristóteles en *10 Ethicorum ad Nichomacum, cap. 7,* en donde dice que la contemplación es por sí misma objeto de consideración. "Pues ninguna otra cosa —dice— produce ella misma que la contemplación del objeto presente". Y en *3 Physicorum, cap. 3* dice que "el fin de la acción es lo hecho". En *5 Physicorum, cap. 2* dice que la acción no es de la acción sino que ella misma es de otro en cuanto término suyo. Ahora bien, la acción cognoscitiva es una auténtica acción con pertenencia al predicamento acción, pues realmente produce una nueva cualidad. Luego tiene un término producido. De ahí su afirmación de *7 Metaphysicae, cap. 7:* "Todo lo que se produce lo es desde algo y es algo". Y en *3 Meteororum, cap. 8:* "En toda producción —son sus palabras— algo queda producido". Ahora bien, en toda acción cognoscitiva se da una producción. Luego algo queda producido por aquella producción y, eso es el término.

También Santo Tomás lo da a entender en *1 p., q. 14, a. 2,* en donde dice que la acción cognoscitiva produce algo, en virtud de lo cual lo conocido está en el cognoscente. Y en la *q. 54, a. 2* dice que en las operaciones transeúntes lo producido es en su totalidad extrínseco, mientras que en las inmanentes queda en el sujeto operante. Se da, por tanto, algo que se produce, y eso es el término.

5 Tesis segunda: Dicho término sólo formalmente se distingue de la acción cognoscitiva.

Lo evidencia la doctrina expuesta en la cuestión segunda y en la *Física,* en el tratado de las propiedades del ente natural. En efecto, la cualidad ya producida y la producción de la cualidad se distinguen formalmente, no realmente.

6 Tertia conclusio: Praeter terminum hunc non producitur aliquid per actum cognoscendi, neque formaliter, neque realiter ab illo distinctum.

Probatur.

[1.°] Quia per nullam actionem producitur nisi unus terminus; ergo, etc.

2.° Si producitur aliquid, vel producitur per actum intelligendi, prout est qualitas, vel prout est productio qualitatis; nullum istorum; ergo. Probo minorem, nam illa productio ut sic producit qualitatem, quae est actus intelligendi, et in illa habet intrinsecum terminum necessarium in omni actione; ergo illa ut sic non indiget alio termino; actus vero ipse, qui est qualitas, imprimis non est actio productiva, quia est qualitas, neque etiam est principium, seu forma per quam potentia [cognoscitiva] producit aliam qualitatem, primo, quia actus cognoscitivus potentiae de se non est qualitas productiva, ut in visu patet, nam per actum videndi non producitur alia qualitas. Ad quid enim [produceretur] hoc?

7 Dicitur quod actus cognoscendi abstractive est [forma] productiva alterius qualitatis, / quamvis actus intuitivus non [sit] productivus. *S125v*

Sed contra.

1.° Nam perfectior est actus intuitivus quam abstractivus; ergo si ille non est productivus, ergo neque iste.

2.° Nam ad quid ponitur illa qualitas producta per actum?—Dices: Ut deserviat loco obiecti. Sed contra. Ergo talis qualitas non potest per aliam, quae est actus, produci. Probo consequentiam, nam obiectum, et consequenter id quod [supplet] vicem obiecti, debet esse prius ipso actu cognoscendi; ergo non potest produci [per] illum, nam principium producendi est prius [natura] termino producto.

8 Quod explicatur. Nam si actus cognoscendi est principium producendi verbum, vel idolum, ergo prius [natura] intelligitur potentia

---

6 98 Tertia *SP*, Secunda (III 5, 5) *L*. 99 neque... neque *S*, nec... nec *P*. 99 formaliter *SP*, modaliter (Ib.) *L*. 102 Quia *add.* in universum (Ib.) *L*. 103 etc. *S*, nec per cognitionem *P*. 104 intelligendi *SL*, cognoscendi *P*. 105 [1] prout *S*, ut *PL*. 105 [2] prout *SL*, ut *P*. 107-8 et in... actione *SP*, *om. L*. 109 actus... qualitas *SP*, ipsa vero qualitas (Ib.) *L*. 109-10 quia est qualitas *SP*, *om. L*. 110 neque *SL*, nec *P*. 110-111 potentia cognoscitiva *L*, intellectus *P*. 111 cognoscitiva *L*, *om. S*. 111-2 actus... productiva *SP*, intentionales qualitates de se productivae non sunt (Ib.) *L*. 112-4 nam per... produceretur *SP*, *om. L*. 113-4 produceretur *P*, poneretur *S*. 114 hoc *om. PL*.

7 115 forma *P*, *om. S*. 116 sit *P*, fit *S*. 119 ille *S*, iste (!) *P*. 120-1 actum *add.* cognoscendi, qui etiam qualitas est (III 5, 6) *L*. 121-23 Ergo... consequentiam *SP*, *om. L*. 123 supplet *PL*, *om. S*. 125 per *PL*, *om. S*. 125 illum *SL*, illud *P*. 125 natura *PL*, *om. S*. 125 termino *SP*, *om. L*.

8 127-32 Quod... productum *SP*, *om. L*. 128 natura *P*, *om. S*.

6 Tesis tercera: Fuera de este término el acto cognoscitivo nada produce que sea formal o realmente distinto de él.

Prueba.

En primer lugar, toda acción no produce sino un sólo término. Luego, etc.

En segundo lugar, si se produce algo o lo produce el acto intelectivo en cuanto cualidad o en cuanto producción de cualidad; ninguno de ambos extremos; luego. Prueba de la premisa menor: Dicha producción, en cuanto tal, produce una cualidad, que es el acto intelectivo; en esa cualidad encuentra el término intrínseco exigido en toda acción. Luego ella en cuanto tal no necesita otro término. Pues bien, el acto mismo en que consiste la cualidad, no es, en primer lugar, una acción productiva, puesto que es cualidad; ni es tampoco un principio o una forma mediante la cual la facultad cognoscitiva produce otra cualidad, porque el acto cognoscitivo de la facultad no es de suyo una cualidad productiva; el ejemplo es claro en la vista: mediante el acto de ver no se produce otra cualidad. ¿Para qué esta producción?

7 Se replica que el acto cognoscitivo abstractivo es una forma productiva de otra cualidad, aunque el acto intuitivo no sea productivo.

Pero no es así.

En primer lugar, el acto intuitivo es más perfecto que el abstractivo. Luego si aquél no es productivo, tampoco éste.

En segundo lugar, ¿para qué se quiere esa cualidad producida por el acto? Se dirá: para hacer las veces del objeto. Pero no es así. Luego dicha cualidad no puede producirse por la otra, que es el acto. Pruebo la consecuencia: El objeto, y, por consiguiente, lo que hace las veces del objeto, debe ser previo al acto mismo de conocer. Luego no puede ser un producto de él, pues el principio productivo es anterior por naturaleza al término producido.

8 Explicación. Si el acto cognoscitivo es el principio productivo de la dicción o de la imagen, la facultad cognoscente se ha de concebir anterior por naturaleza a la producente. Ahora bien, si se concibe un cog-

cognoscens quam producens; cum vero intelligitur cognoscens, intelligitur aliquid cognoscens; ⌊ergo⌋ eius cognitio intelligitur iam terminata; ergo impossibile est quod habeat pro obiecto terminum ab illa productum. Si vero concedas aliam actionem productivam / verbi prio- *P206v*
rem intellectione, per quam verbum producatur —ut consequenter ⌊tenebis⌋ concedere—, tunc imprimis habeo intentum, nempe quod per actum cognoscendi ut sic nihil producitur ab ⌊ipso⌋ distinctum.

Rursus, verbum non produceretur per actum intelligendi, quod est contra mentem Sanctorum [et doctorum] loquentium de verbo.

Rursus, sequitur quod in potentia abstractive cognoscente erunt duae actiones realiter distinctae: alia per quam producitur qualitas, quae est actus cognoscendi; alia per quam producitur idolum, seu verbum, quod [de] re ipsa formatur. Nam unaquaeque actio identificatur suo termino; istae autem duae qualitates sunt realiter distinctae iuxta aliam sententiam; ergo et actiones productivae earum identificantur illis, et consequenter distinguuntur inter se realiter. Hoc autem est superfluum, quoniam actus potentiae cognoscitivae ut sic tantum est cognoscere; ergo vel per utramque illarum actionum cognoscit, vel altera non est actio potentiae cognoscitivae. Non primum; ergo secundum.

Item, quomodo potest intelligi quod potentia praeparet sibi obiectum in ratione termini, quod debet cognoscere, si illa actio, quae praeparat obiectum, non est cognitio, ut probatum est esse non posse?

Item, cognoscere nihil aliud est, nisi vitaliter operari formando in se rem ipsam quam cognoscit; ergo illa actio qua ponitur formari idolum, seu verbum, est ipsa cognitio; ergo superfluit alia qualitas, vel alia actio.

Tandem, si illa qualitas producta deserviret potentiae per modum obiecti, cognosceretur res in illa qualitate; impossibile autem est quod aliquid cognoscatur in aliquo, / non cognito illo in quo cog- *S126*
noscitur, ut quod videas rem in imagine, non visa imagine; sed intellectus non cognoscit talem qualitatem; ergo neque in tali qualitate cognoscit rem aliam.

---

130 ergo *P*, quae est (!) *S*. 132 vero *add.* quis *P*. 132 concedas *S*, concedat *P*. 132 aliam *SL*, *om. P*. 133-4 tenebis *P*, teneris (!) *S*. 134 nempe *S*, scilicet *P*. 135 actum *add.* intelligendi *S*. 135 ipso *PL*, ipsa *S*. 136 produceretur *S*, producetur *P*, producitur *L*. 137 et doctorum *PL*, *om. S*. 141 de *PL*, *om. S*. 141 formatur *SP*, formari fingitur (III 5, 6) *L*. 143 earum *S*, illarum *P*, *om. L*. 144 consequenter *om. P*. 144 inter *SL*, *om. P*. 145 ut sic *SP*, *om. L*. 145-6 tantum est cognoscere *SP*, sit tantum cognitio (Ib.) *L*. 146 actionum *add.* potentia (Ib.) *L*. 146 cognoscit *add.* quod est superfluum (Ib.) *L*. 147 cognoscitivae *add.* quod est verissimum (Ib.) *L*. 147 Non... secundum *SP*, *om. L*. 149-50 obiectum... cognitio *SP*, terminum cognoscendum, si talis termini, sive objecti praeparatio non est cognitio... (Ib.) *L*. 149 actio *om. P*. 151-2 formando *add.* quodammodo (Ib.) *L*. 152 in se *SP*, *om. L*. 153-4 alia... actio *SP*, altera actio, seu cognitio (Ib.) *L*. 155 potentiae *om. PL*. 157-8 in quo cognoscitur *SP*, *om. L*. 158 videas *S*, videat *P*. 159 neque *SL*, nec *P*. 160 rem aliam *S*, res alias *P*, aliud *L*.

noscente, se está ya concibiendo un cognoscente de algo. Luego su acción cognoscitiva se concibe ya terminada. Es imposible, por consiguiente, que tenga por objeto un término que ella ha producido. Y si se admite otra acción productiva de la dicción que produzca la dicción con anterioridad a la intelección —como sería obligado admitir en consecuencia— por de pronto queda ya alcanzado lo que busco: que el acto cognoscitivo como tal no produce nada distinto de sí mismo.

Además, la dicción no estaría producida por el acto intelectivo; y esto va contra el criterio de los Santos Padres y Doctores al hablar de la dicción.

Se sigue además que en la facultad que conoce por abstracción se darán dos acciones realmente distintas: una la que produce la cualidad en que consiste el acto cognoscitivo; otra la que produce la imagen o la dicción que se elabora del objeto mismo. En efecto, toda acción se identifica con su término. Ahora bien, estas dos cualidades son realmente distintas, según la otra opinión. Luego también sus acciones productivas se identifican con ellas y en consecuencia se distinguen realmente entre sí. Pues bien, todo esto está de sobra: el acto de la facultad cognoscitiva en cuanto tal consiste solamente en conocer; y entonces una de dos: o conoce por medio de ambas acciones o una de ellas no es acción de la facultad cognoscitiva. No lo primero; luego lo segundo.

Asimismo, ¿cómo se puede entender que una facultad se prepare su objeto a conocer, en su dimensión de término, si la acción que prepara el objeto no es conocimiento, como se ha probado que no puede serlo?

Asimismo, conocer no es otra cosa que actuar vitalmente dando forma interiormente al objeto mismo que se conoce. Luego esa acción con que se dice elaborarse la imagen o la dicción es el conocimiento mismo. Está, pues, de sobra otra cualidad u otra acción.

Finalmente, si dicha cualidad producida cumpliese al servicio de la facultad la función de objeto, la cosa quedaría conocida en esa cualidad. Ahora bien, es imposible que algo quede conocido en algo, sin que se conozca aquello en que queda conocido; es imposible, por ejemplo, ver una cosa en la imagen, sin que se vea la imagen. Pero el entendimiento no conoce la mencionada cualidad; luego tampoco en esa cualidad conoce otra cosa.

9 Quarta conclusio: Per omnem actionem cognoscendi producitur verbum, vel aliquid illi proportionale, quod realiter et formaliter non est aliud quam ipse actus cognoscendi, ut est qualitas, tamen distinguitur [modaliter] ab illo, ut est productio. Quare verbum non / po- P207 nitur ex indigentia obiecti, sed ex vi et natura cognitionis.

Haec conclusio sequitur ex praecedentibus aperte, tamen posita est ad explicandum quid sit verbum mentis, et ideo prius explicabitur et probabitur in intellectu, et deinde in sensibus.

10 Prima igitur pars, scilicet verbum produci, est communis Sanctorum et theologorum, quod fuit adinventum ad explicandam generationem aeterni Verbi per actum cognitionis Patris aeterni, nam sicut [ibi] producitur Verbum substantiale per actum substantialem —quia quidquid est in Deo est substantia, et substantia infinita—, [ita] in nobis producitur verbum accidentale, quia actio est accidentalis et imperfecta; tamen per hanc explicant aliam Sancti proportionaliter et optimo modo nobis possibili.

Quod vero verbum non sit distinctum ab actu intelligendi, ut est qualitas, constat ex Augustino, *15 De Trinitate, cap. 10,*[197] [qui] inquit: "Formata itaque cogitatio a re, quam scimus, verbum est." [Et] *lib. 9, cap.* <*7*>,[198] ait: "<Conceptam> rerum veracem notitiam tamquam verbum apud nos habemus et dicendo intus gignimus, neque a nobis nascendo discedit." D. Anselmus, in *Monologio, cap. 33,*[199] inquit: Actus ipse intelligendi habens ex se imaginem natam est verbum nostrum. Et D. Damascenus, *lib. 1 Fidei, cap. 18:*[200] "Verbum nostrum —inquit— est naturalis animae nostrae motio, secundum quam movetur, intelligit [aut] cogitat."

Praeterea D. Thomas, ubicumque [recte] loquitur de verbo, non ponit illud ex indigentia obiecti, sed ex [intrinseca] ratione intellectionis. Et ideo in omni intelligente ponit verbum; at vero ex intrinseca ratione intellectionis nihil producitur in intellectu, nisi qualitas illa, quae est

---

9 161 Quarta *SP,* Tertia *L.* 161 cognoscendi *add.* in fieri (III 5, 7) *L.* 162 proportionale *SL,* proportionabile *P.* 163 cognoscendi *add.* in facto esse (Ib.) *L.* 164 modaliter (Ib.) *L,* formaliter *SP.* 168 et probabitur *om. P.*

10 169 igitur *SL,* ergo *P.* 169 scilicet *S,* nempe *PL.* 169-70 Sanctorum *add.* Patrum (Ib.) *L.* 172 ibi *PL,* ubi (!) *S.* 172 substantiale *SL, om. P.* 172-3 quia... infinita *SP, om. L.* 172 quia *S,* nam *P.* 173 et substantia *om. P.* 173 ita *PL, om. S.* 174-6 et imperfecta... posibili *SP, om. L.* 178 Augustino *add.* lib. 12 de Civitate, c. 7, et... (Ib.) *L.* 178 qui *P, om. S.* 178 inquit *SL,* ait *P.* 179 itaque *S,* igitur *P.* 179 Et *PL, om. S.* 180 7] 17 *SPL.* 180 Conceptam] conceptum *SPL.* 181 neque *SL,* nec *P.* 182 D. *S, om. PL.* 182 inquit *SL,* ait *P.* 184 Et D. *S, om. PL.* 186 aut *PL,* autem (!) *S.* 187 recte *P, om. SL.* 188 intrinseca *P,* extrinseca (!) *S.*

---

[197] XV 10, 19: CChL 50A, 486, 76 sq. (PL 42, 1071)

[198] IX 7, 12: CChL 50, 304, 4-7 (PL 42, 967)

[199] *De divinitatis essentia monologium*: PL 158, 183

[200] *De fide orthodoxa* I 13: PG 94, 858 (*tex. lit.*: "verbum est naturalis mentis agitatio")

9 Tesis cuarta: Toda acción cognoscitiva produce una dicción o algo que haga sus veces, que no es real y formalmente otra cosa que el propio acto cognoscitivo en tanto que cualidad, pero se distingue modalmente de él en tanto que producción. La razón, pues, de poner la dicción no es una indigencia que tenga el objeto, sino una exigencia natural del conocimiento.

Esta tesis es una consecuencia clara de las anteriores. La ponemos, sin embargo, con el objeto de explicar la naturaleza de la dicción de la mente. En su explicación y prueba nos ocuparemos primero del entendimiento, y en segundo término de los sentidos.

10 La primera parte sobre la producción de la dicción es comúnmente admitida por los Santos Padres y los teólogos. Se introdujo como recurso para explicar la generación del Verbo eterno por el acto cognoscitivo del Padre eterno. Al igual que en este caso se produce el Verbo sustancial por un acto sustancial —puesto que cuanto en Dios hay, es sustancia y sustancia infinita—, así también en nosotros se produce un verbo [o dicción] accidental, puesto que la acción es accidental e imperfecta. No obstante partiendo de esta acción explican los Santos Padres la otra guardando las proporciones y de la mejor manera que nos es posible.

Que la dicción no sea distinta del acto intelectivo en tanto que cualidad lo prueba San Agustín en *15 De Trinitate, cap. 10,* cuando dice: "Dicción es la intelección que surge de la cosa que conocemos". Y en el *lib. 9, cap. 7* dice: "Tenemos con nosotros a manera de dicción la noticia veraz que concebimos de las cosas y la engendramos con la locución interior y en naciendo no se va de nosotros". San Anselmo en el *Monologium, cap. 33* dice: "Nuestra dicción consiste en el acto mismo intelectivo al que le es esencial la imagen nacida". San Damasceno en el *lib. 1 Fidei, cap. 18:* "Nuestra dicción —son sus palabras— es la moción natural de nuestra alma; por ella se mueve, entiende o piensa".

Por lo demás Santo Tomás siempre que habla expresamente de la dicción no justifica su necesidad por una indigencia que tenga el objeto, sino por la índole intrínseca de la intelección. Justamente por eso pone la dicción en todo ser inteligente. Ahora bien, la índole intrín-

actus intelligendi; ergo illa est verbum. Maior patet ex *1 p., q. 27, a. 1,* [ubi] inquit: "Quicumque ⌊enim⌋ intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectae ex vi intellectiva proveniens." Quae verba Caietanus [201] limitat, et exponit contra mentem et verba auctoris, [supra]. Et *De potentia, q. 9, a. 5,* ait quod de ratione ipsius intelligere est verbum. Idem *De veritate, q. 4, a. 2;* et *opusculo 13;* [202] et *Super Ioannem, cap. 1, lect. 1;* et *4 Contra Gentes, cap. 11,* ubi ait quod Angelus etiam dum se ipsum intelligit format verbum; ergo aperte / docet quod verbum / non est ratione ab- *S126v P207* stractivae notitiae, nam in Angelo cognitio sui intuitiva est, et tamen in illa ponit verbum; ibi autem non est, nisi actus intelligendi; ergo ille actus est verbum, et productio illius est productio verbi.

11 [Et patet] hoc etiam ex intentione Sanctorum. Explicant enim productionem Verbi aeterni per productionem verbi nostri; illa autem productio Verbi aeterni non est per cognitionem abstractivam, sed per intuitivam, qua ⌊Pater⌋ ipse suam essentiam sibi [praesentissimam] intuetur, et ibi non producitur Verbum ex indigentia obiecti, sed ex vi intellectionis; ergo simile est in nobis.

P r a e t e r e a, si verbum esset ex indigentia obiecti, fere numquam produceretur.

1 . ° In Deo, quantum est ex ratione intellectionis, non produceretur Verbum.

2 . ° In Angelis [se] cognoscentibus. Deinde neque quando unus Angelus alios Angelos cognoscat non produceretur verbum, nam alii Angeli sunt spirituales, actu intelligibiles et praesentes omnibus, nam distantia localis non impedit, et est impertinens ad intellectionem; [ergo unus] Angelus potest immediate terminare cognitionem, quam alius Angelus de illo habet, nam cur non?

D i c e s : Quia non est intra intellectum illius. Certe hoc est impertinens, nam alius iam habet species intelligibiles, ad terminandum vero non est cur sit necessarium, ut intra intellectum alterius exsis-

---

192 ubi *PL, om. S.* 192 enim *L,* autem (!) *SP.* 195 auctoris *SL,* doctoris *P.* 195 supra *P, om. SL.* 198 ubi *om. PL.* 200-1 et tamen... verbum *SP, om. L.*
11 203 Et patet *P, om. S.* 203 Sanctorum *SP,* Patrum (III 5, 7) *L.* 204 nostri *SP,* creata (!) (Ib.) *L.* 204 autem *add.* cognitio (!) *P.* 206 Pater *P,* propter (!) *S.* 206 ipse *om. P.* 206 praesentissimam *P,* prestantissimam (!) *S.* 207 indigentia *add.* seu absentia (Ib.) *L.* 213 se *PL, om. S.* 213 neque *SL,* nec *P.* 214 cognoscat *S,* cognosceret *P.* 217 ergo unus *P, om. S.* 218 nam *S,* enim *P.* 219 Quia... illius *SP,* Desiderari adhuc intimam praesentiam, seu veluti penetrationem Angeli cognoscendi cum cognoscente potentia (III 5, 8) *L.* 220 alius... intellibiles *SP,* talis potentia, ut supponimus, instructa est speciebus (Ib.) *L.*

---

[201] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 27, a. 1) VIII. XV

[202] in ed. Romana, op. 13: *De natura verbi intellectus*

seca de la intelección no exige producir en el entendimiento otra cosa que esa cualidad en que consiste el acto intelectivo. Luego ella es la dicción. La premisa mayor es evidente por el texto de *1 p., q. 27, a. 1* que dice: "Todo el que tiene una intelección, por el hecho mismo de tenerla, desarrolla en su interior algo; y esto es la concepción de la cosa entendida que tiene su origen en la virtualidad intelectiva". Cayetano restringe el alcance de estas palabras con una interpretación contraria al espíritu y a la letra del autor, en texto citado. En *De potentia, q. 9, a. 5* dice que la dicción es esencial a la propia intelección. La misma idea en *De veritate, q. 4, a. 2* y en el *Opúsculo 13;* en *Super Ioannem, cap. 1, lect. 1;* en *4 Contra Gentes, cap. 11,* en donde dice que el ángel incluso al entenderse a sí mismo elabora dicción. Enseña, por tanto, abiertamente que la razón de darse la dicción no es la noticia abstractiva: el ángel se conoce a sí mismo intuitivamente, y sin embargo asigna la dicción a este conocimiento. Ahora bien, en el caso presente no hay más que acto intelectivo. Luego ese acto es la dicción y su producción es producción de dicción.

11 El empeño de los Santos Padres es también una prueba evidente. Explican la producción del Verbo eterno valiéndose de la producción de nuestro verbo [o dicción]. Ahora bien, la producción del Verbo eterno no es por conocimiento abstractivo sino intuitivo, por el que el Padre mismo intuye su propia esencia presente a sí misma en sumo grado; pues bien, la producción del Verbo no se debe a una indigencia que tenga el objeto sino a la virtualidad de la intelección. Luego lo propio acaece en nosotros.

Además, si la dicción se debiera a una indigencia del objeto, casi nunca se llegaría a producir.

Primeramente en Dios, por lo que toca a la índole de la intelección, no se produciría el Verbo.

En segundo lugar, en cuanto a los ángeles cuando se conocen a sí mismos. Tampoco cuando un ángel conoce a otros ángeles habría producción de dicción: esos otros ángeles son espirituales, actualmente inteligibles y presentes a todos, puesto que la distancia local no es impedimento ni es asunto que atañe a la intelección. Luego un ángel puede terminar inmediatamente el conocimiento que de él tiene otro ángel. ¿Por qué no?

Se dirá: Por no estar dentro del entendimiento de él. Esto en verdad no hace al caso, porque el otro ya tiene las especies inteligibles, y para la terminación no se ve por qué ha de ser necesario existir dentro del entendimiento del otro. Con el mismo argumento se puede

tat. Et eadem ratione potest ostendi quod Angeli non indigent verbo ad cognoscendas res quascumque existentes, quia actus cognitionis etiam potest terminari ad illas, prout in se sunt; ergo ut plurimum formabunt verbum rerum non existentium, quod est contra mentem omnium loquentium de verbo.

Sed praeterea sequitur quod numquam sit necessarium formari verbum, nam si formaretur maxime ut esset in intellectu aliqua similitudo rei intellectae, in qua tamquam in imagine [cognosceretur]. Sed ad hoc non est necessarium, nam ad hoc sufficit species intelligibilis, quae est naturalis similitudo rei.

12 Sed respondent quidam quod species intelligibilis est similitudo impressa, id est, imperfecta; verbum [vero] est similitudo expressa et clara; et ideo species non est sufficiens ad terminandum, sed necessarium est verbum.

Sed hoc non satisfacit, nam si intellectus habet virtutem ad producendam / aliquam similitudinem obiecti, est ratione speciei impressae *P208* ab obiecto, ut supra [203] ostendimus; ergo impossibile est quod producat meliorem similitudinem ut sic quam sit ipsa species. Unde enim haberet illam virtutem? Et alias etiam posset dici quod sine specie illam haberet.

Item, unde habetur quod species impressa non sit perfecta similitudo rei, et quod alia qualitas, quae sine necessitate / fingitur, sit *S127* perfecta, cum tamen argumenta facta *q. 2* [204] probent speciem ipsam esse perfectam similitudinem?

13 Alii respondent quod species est principium agendi, et ideo non potest se habere ut terminus, nam istae rationes sunt oppositae, et ideo necessaria est alia qualitas quae obiective terminet.

Sed neque hoc satisfacit.

1.° Quia non ostenditur in quo distinguantur istae duae qualitates, species scilicet impressa et expressa, nam in modo reprae-

227-8 Sed... verbum *SP,* Immo non solum de objectis existentibus, sed neque de non existentibus oportebit formare verbum, si illud res alia sit quam actus ipse cognoscendi (III 5, 9) *L.* 229 cognosceretur *PL,* cognoscitur *S, add.* Sed hoc modo iam poneretur verbum signum instrumentale praeter omnium iudicium (Ib.) *L.* 230 nam... sufficit *S,* sufficit enim *P.*

12 232-44 Sed... similitudinem *SP, om. L.* 234 terminandum *S,* determinandum *P.* 235 *add. in margine a. m.:* Hinc collige quid sit species impressa et expressa *S.* 236 hoc *S,* haec solutio *P.* 237 est *S,* ex (!) *P.* 238 ab obiecto *om. P.* 239 ut sic *S,* in ratione similitudinis *P.* 239 enim *S,* non (!) *P.* 242 rei *om. P.* 242 127] 125 *S.*

13 245 respondet *SL,* dicunt *P.* 247 obiective *SL,* obiectiva *P.* 248 neque *SL,* nec *P.* 249 1.° *add.* propter nunc dicta de signo instrumentali (III 5, 9) *L.* 249-52 Quia... earum *SP, om. L.*

[203] d. 5, q. 4, nn. 5.16

[204] d. 5, q. 2 (4.ª concl.), n. 21

demostrar que los ángeles no necesitan de dicción para conocer cualquier tipo de cosas existentes, porque el acto cognoscitivo puede también quedar terminado en ellas tal como son en sí. Luego a lo sumo elaborarán la dicción de las cosas que no existen; conclusión que va contra el criterio de todos los que tratan el problema de la dicción.

Otra consecuencia es que nunca habría necesidad de elaborar la dicción. De elaborarse sería sobre todo con el fin de que existiese en el entendimiento una semejanza del objeto entendido, en la que como en su imagen se conociese. Pero para lograr este objetivo no es necesaria; basta la especie inteligible, que es una semejanza natural del objeto.

12 Respuesta de algunos: La especie inteligible es una semejanza impresa, esto es, imperfecta; la dicción en cambio es una semejanza expresa y clara. Justamente por eso la especie no basta para llegar al término; se necesita la dicción.

No me satisface la respuesta. Si el entendimiento tiene capacidad para producir alguna semejanza del objeto, es en virtud de la especie impresa por el objeto, como demostramos más arriba. Luego es imposible que produzca una semejanza en cuanto tal que sea de mejor condición que la especie misma. ¿De dónde le vendría esa capacidad? Por lo demás se podría también decir que la poseería sin la especie.

Asimismo, ¿dónde está escrito que la especie impresa no sea una semejanza perfecta del objeto y que la otra cualidad —ficción innecesaria— sea perfecta, cuando los argumentos expuestos en la cuestión 2 prueban que la propia especie es una semejanza perfecta?

13 Respuesta de otros: La especie es un principio activo. Justamente por eso no puede comportarse como término, pues son conceptos opuestos. Es necesaria por tanto otra cualidad que sea término objetivo.

Pero tampoco esta respuesta me satisface.

En primer lugar, porque no se muestra en qué se distinguen estas dos cualidades: la especie impresa y la expresa; no se distinguen

sentandi non distinguuntur; quod si nulla est inter eas differentia, sufficit una earum.

2.° Quia non repugnat huiusmodi ratio principii et termini per modum obiecti; ut in videntibus Deum essentia est principium visionis et obiectum ad quod terminatur. Et idem est in Angelo cognoscente se.

14 Quapropter alii consequenter concedunt speciem ipsam intelligibilem esse verbum, inquantum est terminus in quo res cognoscitur.

Sed hi improprie loquuntur, et contra mentem Sanctorum et omnium ponentium verbum, nam verbum debet produci actione intellectus, species autem non producitur.

Item, nihil valeret similitudo productionis verbi nostri ad explicandam productionem Verbi aeterni, quia in Deo essentia divina est per modum speciei, et tamen producitur Verbum, et non producitur essentia; ergo similiter, etc.

Item, falsum est [quod] species impressa sit in quo fit cognitio, ut in visu patet. Video enim per speciem, non tamen in specie.

Item, species ipsa non cognoscitur; ergo neque res in specie, ut supra [205] arguebam.

15 Igitur verbum neque est species impressa, neque aliquid distinctum ab actu intelligendi; est ergo ipse actus. Quod etiam ex tertia conclusione [206] [aperte] colligitur. Probavimus enim per actum cognoscendi non produci aliquid ab [ipso] distinctum, et tamen producitur verbum; ergo verbum non est aliquid distinctum ab actu [cognoscendi].

16 *Explicatur quid nominis verbi mentis.*—Sic ergo, probata conclusione in intellectu, ut explicetur in aliis potentiis, est notandum quod "verbum" et "dicere" primo dicta / sunt de vocibus, tamen hinc *P208v*
translata sunt ad spiritualem [locutionem] —quae intelligendo fit— significandam. Est enim quaedam locutio in mente, qua quis sibimet

251 distinguuntur *S*, differrent *P*. 251-2 sufficit *S*, superest *P*. 253 repugnat *S*, impugnat *P*. 253 huiusmodi *S*, huius *P*. 254 per... obiecti *SP*, obiectivi (III 5, 9) *L*. 255 ad... terminatur *SL*, trans (?) *P*.

14 257 Quapropter *S*, Quocirca *P*. 259 improprie *SL*, imperfecte *P*. 259 Sanctorum *SP*, Patrum (Ib.) *L*. 260 nam *add.* si *P*. 261 autem *S*, vero *P*, *add.* saltem prima (Ib.) *L*. 261 non *add.* ita (Ib.) *L*. 266 quod *P*, *om. S*. 268 neque *SL*, nec *P*.

15 270 Igitur *SL*, ergo *P*. 270 neque... neque *SL*, nec... nec *P*. 272 aperte *P*, *om. S*. 273 ipso *PL*, ipsa (!) *S*. 274 cognoscendi *P*, *om. SL*.

16 275 Sic *SL*, si *P*. 277 verbum et dicere *SP*, verbum efficere, seu dicere (III 5, 10) *L*. 278 spiritualem *SP*, specialem (Ib.) *L*. 278 locutionem *L*, cognitiem [= cogni-

[205] *Cfr. supra* (3.ª concl.), n. 5; (4.ª concl.), n. 8

[206] *Cfr. supra*, nn. 5 sqq.

en su manera de representar. Y si no hay diferencia alguna entre ellas, con una nos basta.

En segundo lugar, no es incompatible el concepto de principio y el de término objetivo; en los que contemplan a Dios, por ejemplo, la esencia es principio de la visión y objeto terminativo. Lo propio ocurre en el ángel cuando se conoce a sí mismo.

14 Por estas razones otros sacan la consecuencia de que la especie misma inteligible es dicción, en cuanto término en el que se conoce la cosa.

Pero esta es una manera impropia de hablar y va contra el criterio de los Santos Padres y de todos los que admiten la dicción: la dicción ha de producirse por la acción del entendimiento, la especie en cambio no se produce [así].

Asimismo, de nada serviría la analogía en la producción de nuestra dicción para explicar la producción del Verbo eterno: en Dios la esencia divina cumple la función de la especie, y sin embargo se produce el Verbo pero no se produce la esencia. Luego de modo semejante, etc.

Asimismo, es falso que sea en la especie en donde se realiza el conocimiento. El ejemplo de la vista es claro: veo por medio de la especie, pero no en la especie.

Asimismo, la propia especie no es conocida; luego ni la cosa en la especie, como argumentaba más arriba.

15 En definitiva, la dicción ni es la especie impresa ni algo distinto del acto intelectivo. Es por consiguiente el acto mismo. Es la conclusión que se deduce abiertamente de la tesis tercera: hemos probado que el acto cognoscitivo no produce nada distinto de sí mismo y sin embargo produce la dicción. Luego la dicción no es algo distinto del acto cognoscitivo.

16 *Explicación del término "dicción de la mente"*.—Con relación al entendimiento la tesis quedó ya asentada. Con relación a las otras facultades es preciso observar, en orden a la explicación, que "dicción" y "decir" se aplican primariamente a los vocablos y desde ahí adquirieran un sentido translaticio para significar la locución espiritual que se realiza al entender. Es, en efecto, una cierta locución que acontece en la mente con la que cada cual se habla a sí mismo. Con toda propiedad, por lo tanto, se aplica la palabra "decir" a la locución espiritual, según el pasaje de *Mateo 9* y *Lucas 5:* "Los escribas y fariseos hablaban entre

loquitur. Unde hoc verbum "dicere" proprissime tribuitur locutioni spirituali, iuxta illud *Matthaei 9,*[207] et *Lucae 5:*[208] "Scribae et Pharisaei dicebant intra se." Et *Sap <2>:*[209] "Dixerunt impii intra se cogitantes." Et *Ps* [*13*]*:*[210] "Dixit insipiens in corde suo." "Dicere" ergo [et] "loqui" proprie dicitur de actibus intellectus. Ex quo colligit D. Augustinus, *15 De Trinitate, cap. 10,*[211] quod etiam nomen "verbum" extensum est ad significandum proprie conceptum mentis. Et ratio forte fuit, quia locutio exterior ex illa interiori et spirituali locutione dimanat. In aliis autem potentiis cognoscitivis non est proprie "dicere", neque "loqui", quia imperfecte cognoscunt et nihil affirmant neque negant, sed simpliciter apprehendunt; et ideo nomen "verbum" conceptibus earum proprie non tribuitur, tamen eo ipso quod potentiae cognoscitivae sunt, reperitur in eis quaedam productio similis productioni verbi mentalis. Eliciunt enim actus cognoscendi per quos assimilari conantur rebus quas cognoscunt. / Et hoc est quod proportionari dicimus verbo mentis; *S127v*
quae productio communis est tam sensibus interioribus, quam exterioribus, ut ex primis tribus *conclusionibus*[212] patet, neque alia probatio est necessaria.

17 Ex quibus omnibus licet colligere, quid sit sentiendum de verbo mentis, nam est res valde controversa apud theologos:

1.° ergo dicendum est illud dari.

2.° distingui ⌊modaliter⌋ tantum ab actione intellectus, ut productio est, ab actu vero, ut est qualitas producta, nullo modo.

3.° quod non est id in quo fit cognitio, neque supplet vicem obiecti, sed est id quo ipsum obiectum cognoscitur, tamquam conceptu formali rei cognitae, nam ut res possit intelligi necesse [est], ut in intellectu [vitaliter] formetur, et illa formatio est verbum.

Colligitur ex D. Thoma, *De potentia, q. 8, a. 1; 1 Contra Gentes, cap. 53; 1 p., q. 107, a. 1.* Unde verbum non est conceptus obiectivus mentis, sed formalis; obiectivus vero est res cognita.

4.° quod huiusmodi verbum producitur per actionem intelligendi, ut productio est. Unde haec tria: "dicere mentale", "producere

---

tionem] (!) *SP*. 282 2] 1 *SP*. 283 13 *L, om. SP*. 283 et *PL, om. S*. 284 D. *om. PL*. 287 interiori *SL*, interna *P*. 287 et spirituali *SP, om. L*. 288 neque *S*, nec *P*. 289 neque *S*, nec *P*. 293 Eliciunt *SL*, dicunt *P*. 295 tam *om. P*. 296 primis... conclusionibus *S*, 1.ª conclusione *P*. 296 neque *S*, nec P. 296-7 neque... necessaria *SP, om. L*.

17 299 res *praem.* haec *P*. 301 modaliter (III 5, 11) *L*, formaliter *SP*. 301 tantum *SP, om. L*. 303 neque *S*, nec *P*. 305 possit *add.* cognosci seu *P*. 305 est *PL, om. S*. 306 vitaliter *PL, om. S*.

---

[207] *Mt* 9,3
[208] *Lc* 5,21
[209] *Sap* 2,1
[210] *Ps* 13,1
[211] XV 19, 19: CChL 50A, 486, 76-95 (PL 42, 1071)
[212] *Cfr. supra,* nn. 4-8

sí". Y en *Sab. 2:* "Dijeron los impíos pensando dentro de sí". En el *Ps. 13:* "Dijo el necio en su corazón". Por consiguiente, "decir" y "hablar" se aplican con toda propiedad a los actos del entendimiento. De aquí concluye San Agustín en *15 De Trinitate, cap. 10* que también el término "dicción" se extiende a significar con propiedad un concepto de la mente. La razón estuvo quizás en que la locución exterior dimana de la otra locución interior y espiritual. En las demás facultades cognoscitivas, en cambio, no se da un "decir" ni "hablar" en sentido estricto, porque su modo de conocer es imperfecto, no afirman ni niegan nada, simplemente aprehenden; justamente por eso no se atribuye el término "dicción", hablando con propiedad, a sus conceptos. Sin embargo, por ser facultades cognoscitivas, se encuentra en ellas una cierta producción semejante a la producción de la dicción mental: alumbran actos cognoscitivos con un empeño de asimilación de las cosas que conocen. Y esto es lo que decimos que guarda proporción con la dicción de la mente. Se trata de una producción que es común a sentidos interiores y exteriores; las tres primeras tesis lo evidencian y no es necesaria otra prueba.

17 Toda esta investigación nos permite ya concluir qué se ha de pensar sobre la dicción de la mente, cuestión tan controvertida entre los teólogos.

Primero. Es preciso afirmar que se da.

Segundo. Se distingue sólo modalmente de la acción del entendimiento, en tanto que producción; pero del acto, en tanto que cualidad producida, de ninguna manera.

Tercero. No es el lugar en el que se realiza el conocimiento, ni hace las veces del objeto; es aquello por lo que el objeto es conocido a manera de concepto formal de la cosa conocida: para que una cosa llegue a entenderse, es preciso que sea vitalmente elaborada en el entendimiento; pues bien, esa elaboración es la dicción.

Se deduce de Santo Tomás en *De potentia, q. 8, a. 1; 1 Contra Gentes, cap. 53; 1 p., q. 107, a. 1.* La dicción, pues, no es el concepto objetivo de la mente sino el formal; el objetivo es la cosa conocida.

Cuarto. La mentada dicción, en tanto que producción, es producida por la acción intelectiva. Por tanto "el decir mental", "la pro-

verbum" et "efficere / actum intelligendi" idem sunt, maxime in creaturis. *P209*

5.° quod verbum est similitudo rei, tamquam species expressa illius, et hoc idem habet actus intelligendi. Ita D. Augustinus, *9 De Trinitate,* ⌊*a 7 cap.*⌋ *usque ad 10;* [213] et *15 lib., a 10 usque ad 13.* [214]

6.° quod in omni intelligente creatura eo ipso quod intelligit, formatur verbum, sive in absentia, sive in praesentia obiecti.

Haec omnia sequuntur ex dictis *conclusionibus.* [Et] ideo haec sola est probatio eorum.

18 Sed supersunt difficultates circa dicta:

Prima difficultas: Quomodo verbum terminet cognitionem.—P r i m a. Nam videtur verbum esse id in quo, et habere vicem obiecti.

1.° Quia actio cognoscitiva debet habere actu obiectum ad quod terminatur; ergo quando obiectum secundum se non est praesens, ut terminet actum cognoscendi, necesse est quod sit in intellectu aliquid supplens vicem obiecti, in quo res ipsa cognoscatur.

2.° Artifex format sibi idolum rei faciendae, in quo rem ipsam contemplatur, et illud idolum non est actus intelligendi, quin potius est per actum formatum, et tamen idolum illud habet vicem verbi, nam per illud operatur artifex, sicut per Verbum facta sunt omnia —*Io 1* [215]—; [ergo], etc.

Et hoc videtur asserere D. Thomas, *q. 4 De veritate, a. 2, ad 3,* [216] ubi ait: "Conceptio intellectus non solum est id quo <intellectum> ⌈est⌉, sed etiam id in quo rem intelligimus." Idem dicit *De potentia, q. 9, a. 5,* [ubi sic] ait: "Hoc ergo ⌊est⌋ primo et per se intellectum, quod intellectus in se ipso concipit de re intellecta." Et *Super Ioannem 1,* [217] dicit quod verbum "comparatur ad intellectum non solum ut id quo..., sed etiam ut id in quo ⌈intelligit⌉". Idem habet duobus opusculis *De Verbo.* [218]

---

314 rei *add.* intentionalem [intentionalis] (Ib.) *L.* 316 a 7 cap. *PL,* ar. 7 est (!) *S.* 316 ¹ad *SL, om. P.* 319 Et *P, om. S.*

18 323 Nam *S,* quia *PL.* 324-7 Quia... cognoscatur. 2.° *SP, om. L.* 328 quo *add.* et ex quo (III 5, 12) *L.* 328-9 rem ipsam *SP,* rei fabricandae modum (Ib.) *L.* 330-2 et tamen... etc. *SP, om. L.* 332 ergo *P, om. S.* 334-5 intellectum] intellectus *S, om. PL.* 336 ubi sic *P, om. S.* 336 est *PL,* cap. (!) *S.* 338 dicit *S,* ait *P,* inquit *L.*

---

[213] XI 17, 12: CChL, 50, 304, 5. 7. 13. 15; IX 8, 13: *Ib.* 304, 11. 12; IX 9, 14: *Ib.* 305, 1. 7. 19. 23; IX 10, 15: *Ib.* 306 sq. 1. 5 sq. 8. 11. 13. 18. 20. 24. 29. 31 sq. (PL 42, 967 sqq.)

[214] XV 10, 17 sqq.: CChL 50A, 484 sqq., 16. 64. 71. 75. 77; XV 11, 20: *Ib.* 486 sq., 1. 3. 5. 8. 15. 17. 25 sqq.; XV 12, 22: *Ib.* 493 sq., 90 sqq., 94. 98; XV 13, 22: *Ib.* 494 sq., 1. 47 sq. (PL 42, 1070-1076)

[215] *Io* 1,3

[216] *tex. lit.*: "id quod intellectum est, sed etiam id quo res intelligitur"

[217] lec. 1: *tex. lit.*: "[verbum non] comparatur ad intellectum sicut quo..., sed sicut in quo intelligit"

[218] *Op.* 23 [ed. Rom. 13]: *De natura verbi intellectus*; *Op.* 24 [ed. Rom. 14]: *De differentia verbi divini et humani*

ducción de la dicción" y "la eficiencia del acto intelectivo" son tres momentos idénticos, máxime en las creaturas.

Quinto. La dicción es la semejanza del objeto y su especie expresa; características también éstas del acto intelectivo. Así San Agustín en *9 De Trinitate,* del *cap. 7* al *10;* y en *lib. 15,* del *10* al *13.*

Sexto. En toda creatura intelectiva el hecho mismo de la intelección es elaboración de la dicción, esté el objeto ausente o presente.

Todas estas son conclusiones que derivan de las mencionadas tesis. Por eso basta lo dicho como prueba.

18 Quedan pendientes las dificultades en torno a la doctrina expuesta.

Primera dificultad: Parece que la dicción es el lugar en que [se realiza el conocimiento] y hace las veces del objeto.

Primero, porque la acción cognoscitiva debe tener actualmente el objeto que constituye su término. Luego cuando el objeto no está por sí mismo presente, para que sea término del acto cognoscitivo es preciso se dé en el entendimiento algo que haga las veces del objeto y en el que la cosa misma sea conocida.

Segundo. El artífice se elabora la imagen de la cosa que va a hacer y en esa imagen contempla la cosa misma. Dicha imagen no es el acto intelectivo, antes al contrario, viene elaborada por el acto. Sin embargo la imagen hace las veces de la dicción, pues mediante ella obra el artífice, al igual que mediante el Verbo se hizo todo *—Io 1—*. Luego, etc.

Ésta es, al parecer, la tesis de Santo Tomás en *q. 4 De veritate, a. 2, ad 3,* en donde dice: "El acto de concebir del entendimiento no es solamente aquello en que está lo entendido sino también aquello en que entendemos el objeto". La misma idea expresa en *De potentia, q. 9, a. 5,* en donde dice: "Por lo tanto, lo que el entendimiento concibe en sí mismo de la cosa entendida, es lo entendido en sentido primario y esencial". En *Super Ioannem 1* dice que la dicción "se compara el entendimiento no solamente como algo por lo que... sino también como algo en que entiende". La misma idea se encuentra en los dos opúsculos *De Verbo.*

19 Et hinc oritur secunda difficultas. Nam videntur actus intelligendi et verbum distingui realiter.

1.° Quia se habent ut actus et obiectum.

2.° Quia si verbum esset ipse actus intelligendi / formaliter, *S128* Verbum divinum etiam esset ipsa intellectio Patris. Consequens est falsum; ergo. Sequela tenet a proportionali argumentatione. Minor vero patet, quia Verbum est persona distincta ab aliis; intellectio autem pertinet ad essentialia. Est enim communis tribus personis.

Item, quia intellectio est formalis perfectio intelligentis; Verbum autem / non est formalis perfectio Patris, sed persona ab illo *P209v* distincta.

Item, quia in Deo intelligere est esse Dei; Verbum autem non est esse Patris. Et hoc est quod Augustinus[219] dicit, quod Pater non est sapiens sapientia genita.

3.° arguitur: Per actum intelligendi producitur habitus realiter ab illo distinctus; ergo etiam poterit produci verbum.—Et hoc videtur tenere D. Thomas, supra,[220] et *1 p., q. 27, a. 1; q. 34, a. 1, ad 2.*

20 Tertia difficultas. Quia "intelligere" et "dicere" non videntur esse idem. Quod docet D. Thomas, dicta *q. 34, a. 1, ad 3.* Quod patet, nam "intelligere" commune est omnibus personis, "dicere" autem solius est Patris; ergo sunt diversa.

Et ratio est. Quia "intelligere" tantum significat habitudinem intelligentis ad rem intellectam, in quo nulla productio importatur, sed sola rei apprehensio; "dicere" vero importat verbi productionem; ergo distinguuntur.

21 Quarta difficultas. Nam si verbum est actus intelligendi, et verbum est similitudo rei, etiam actus erit similitudo. Consequens autem falsum est; ergo.

Probo minorem. Quia nulla actio est similitudo principii a quo fit, ut inductione constat; ergo neque actio cognoscitiva.

---

19 344 128] 126 *S.* 345 ipsa *SL, om. P.* 346 argumentatione *S,* ratione *PL.* 347 ab aliis *S,* a Patre *PL.* 350 Patris *add.* neque actus illius, immo ei oppositum relative (III 5, 13) *L.* 350-3 sed... Patris *SP, om. L.* 353 est *S,* ait (!) *P iter.* 353 dicit *S,* ait *PL.* 355 actum *add.* cognoscendi et (Ib.) *L.* 356 hoc *om. P.* 357 q. 27, a. 1; q. 34 *SL,* 1 q. 4. q. 21, arº 1º et q. 33 (!) *P.*

20 358 Tertia *add.* est *P.* 358 Quia *SL,* nam *P.* 358 *add. in margine a. m.:* Utrum "intelligere" et "dicere" sint idem. De hac difficultate vide dicta [apud] P. Suarez [*S*: P. S.] *1 p., q. 34, a. 3, q.ª 2. S.* 360 commune *SL,* non (!) *P.* 361 autem *SL,* vero *P.*

21 370 ergo... cognoscitiva *SP, om. L.* 370 neque *S,* nec *P.*

---

[219] *Cfr. De Trinitate* VI 1 sq.: PL 42, 924 sq.

[220] *Cfr. supra not.* 218; *Cfr.* etiam *De pot.*, q. 9, a. 5

19 Surge así la segunda dificultad. Al parecer se da distinción real entre el acto intelectivo y la dicción.

Primera razón: se comportan como acto y objeto.

Segunda razón: si la dicción fuese formalmente el acto mismo de entender, el Verbo divino sería también la intelección misma del Padre. La conclusión es falsa. Luego. La consecuencia es válida, guardada la debida proporción. La premisa menor es manifiesta: el Verbo es una persona distinta de las otras. Ahora bien, la intelección es una nota que atañe a la esencia, pues es común a las tres personas.

Asimismo, la intelección es una perfección formal del que entiende. Ahora bien, el Verbo no es una perfección formal del Padre, sino una persona distinta de Él.

P r a e t e r e a . Nam si sensus posset componere et dividere, eadem ratione posset discurrere, quod alii consequenter concedunt. Et ratione patet, nam qua ratione posset praedicatum conferre subiecto, eadem ratione posset unam propositionem cum altera conferre. Consequens autem falsum est, nam si potest unum ex alio inferre, posset cognoscere vim consequentiae formalis; hoc autem est cognoscere quod omnis / consequentia formalis formae bona est, et quod consequentia *S135*
tenet ex intrinseca compositione terminorum; haec autem operatio excedit virtutem potentiae materialis, quia est potissima vis potentiae spiritualis, et illud cognoscere est cognoscere universale; ergo.

P r a e t e r e a , si sensus posset componere, posset praedicatum conferre subiecto, et considerare ordinem inter illa, et confingere rela-

---

om. L. 273-4 aut... perfectior *S*, aut intrinsecè perficitur. (Ib.) *L.* 275 interni *om. L.* 278-9 potentiae... requirit *SL*, *om. V.* [*laguna de transcripción*].

17 284-7 et... sensitiva S, et alias bruta etiam in gradu sensitivo perfectissima inveniantur (Ib.) *L.* 288 brutis *add.* hujus compositionis (Ib.) *L.* 294 possibile] impōle [= impossibile (!)] *S*, dandum *L.* 295 et compositio *om. L.* 295 compositio] comparatio *S.* 302 formalis *S*, similis (Ib.) *L.* 303 135] 133 *S.* 305 materialis... potentiae *om. V.* [*laguna de transcripción*]. 308-9 relationem *S*, relationes (Ib.)

el sentido es que el sentido interior del hombre es en sí más perfecto y es capaz de un acto de índole más noble que todos los sentidos internos de los animales, por brotar de un alma sensitiva unida a una perfección racional.

La solución en estos términos no deja de ser probable, pero no es satisfactoria: dicha facultad, por perfecta que sea, queda siempre dentro del ámbito de la facultad material. Luego no es posible ennoblecerla en orden a un acto que exige una facultad espiritual; y tal acto es la combinación y el discurso.

17 Prueba de la última afirmación.

En primer lugar, si se concede una vez dicho acto a una facultad material, podría también concederse a alguna facultad de los animales: desde el punto de vista de la materialidad no hay contradicción, y esa perfección —que la otra opinión afirma posee nuestro sentido interno por su unión al alma racional— podría otro decir que está participada por el sentido del león, por ejemplo, pues surge de un tipo de alma sensitiva perfectísima.

Un dato más: signos más claros de ser así se encuentran en los animales que en nuestra cogitativa, pues en el hombre puede fácilmente atribuirse al entendimiento, en los irracionales de ninguna manera.

Otro argumento. Para llevar a efecto la combinación es necesario, además de los conceptos por representación de las especies, concebir con concepto apropiado la unión de predicado con sujeto, unión que viene representada por la palabra "es". Ahora bien, esto parece negado a la facultad material, pues la comparación y combinación implican una gran perfección.

Además, si el sentido fuese capaz de combinar y dividir, por la misma razón sería capaz de discurrir; conclusión que admiten coherentemente los otros. La razón es evidente: lo que capacitaría a comparar predicado con sujeto, capacitaría también a comparar una proposición con otra. Pues bien, la conclusión es falsa: la capacidad de inferir una cosa de otra equivale a la capacidad de conocer la fuerza de la consecuencia formal. Ahora bien, esto es lo mismo que conocer que la consecuencia formal de una forma es buena y que la consecuencia tiene valor por la combinación intrínseca de los términos; y esta operación excede ya la capacidad de la facultad material por ser una virtualidad especialísima de la facultad espiritual: ese conocer es un conocer universal. Luego. Además, si el sentido fuera capaz de combinar, también lo sería de comparar predicado con sujeto y someter a consideración el orden entre uno y otro e imaginar la relación de razón que existe entre

tionem rationis inter illa; sed haec omnia sunt propria intellectus; ergo et componere.

Praeterea, si posset componere, posset ordinare media ad finem, et cognoscere rationem formalem finis, quia non est cur possit conferre praedicatum cum subiecto, et non media cum fine. Quod si concedas, rursus sequitur quod sensus cognoscat rationem boni et mali, et quod habeat discursum aliquem et indifferentiam circa illam.

Et consequenter sequitur quod appetitus sensitivus ex se habeat aliquam libertatem, et quod ex se posset aliquod peccatum, saltem veniale, commitere, seclusa voluntate, quod nonnulli —inter quos Caietanus—,[309] consequenter concedunt, tamen est absurdum.

Tandem, ex illo principio haec et multa alia consequuntur. Cum tamen illud nulla ratione constet, non est ergo cur asseratur.

18 Sed arguunt:

1.° Quia, cum nostri sensus sint coniuncti intellectui, rationabile est quod maiorem aliquam virtutem habeant quam sensus brutorum; ergo, etc.—Respondetur quidem quod habent maiorem perfectionem, et in his omnibus superant potentias brutorum, in quibus possunt intra latitudinem potentiae materialis, non tamen superant in compositione, quia illa est operatio intellectualis.

2.° arguitur. Quia reminiscentia est in parte sensitiva; reminiscentia autem non fit sine discursu, procedendo ab una re ad aliam, donec perveniamus ad rem quam investigamus.—Respondetur quod de reminiscentia plura infra.[310]

Pro nunc dicitur quod sit in parte sensitiva, tamen cum iuvamine intellectus, et in illa non miscetur propria compositio partis sensitivae.

3.° arguitur. Quia notitia primorum principiorum causatur ex experimento multorum singularium, teste Aristotele, in principio *Metaphysicae,*[311] et in fine *Posteriorum;*[312] experimentum autem ad potentiam sensitivam pertinet, / et * tamen est vera compositio. Ait enim Aris- *P217*
toteles[313] experimentum esse nosse hanc herbam curasse Calliam et Socratem.

L. 309 rationis *om. L.* 312 et... finis *om. L.* 312-3 quia... fine *S,* cum non sit major ratio. (Ib.) *L.* 319 consequenter *S,* perperam (Ib.) *L.*

18 328 compositione *add.* aut discursu (III 6, 10) *L.*

[309] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1. 2, q. 74, a. 4) III sq.; *Cfr. etiam Ib.* (1 p., q. 81, a. 3) V

[310] d. 8, q. 1

[311] 981 a 3-7

[312] cap. 19: 99 b 15-100 b 17 (passim)

[313] *Met.* A 1: 981 a 7 sqq.

* Comienza el f. *P* 217, continuando un texto omitido por error de transcripción. *Cfr. supra,* lin. 217.

ellos. Ahora bien, todas estas operaciones son privativas del entendimiento. Luego también la de combinar.

Además, si fuese capaz de combinar, también lo sería de ordenar los medios a su fin y de conocer la dimensión formal de fin: si hay capacidad para comparar predicado con sujeto, ¿por qué no medios con fin? De admitirse, la siguiente consecuencia es que el sentido conoce la dimensión de bien y de mal y que posee un cierto tipo de discurso y de elección sobre ella.

La consecuencia es que el apetito sensitivo posee un cierto tipo de libertad y que tendría de suyo capacidad para cometer algún pecado, al menos venial, al margen de la voluntad; conclusión que admiten coherentemente algunos, entre ellos Cayetano, pero es absurda.

Finalmente, partiendo de ese principio se llega a estas y a otras muchas consecuencias. Pero como no hay prueba alguna que lo avale, no hay por qué aceptarlo.

18 Objeciones:

Primera. Al estar nuestros sentidos unidos al entendimiento, es razonable que tengan alguna mayor capacidad que los sentidos de los animales. Luego, etc. Respuesta: Sin duda tienen mayor perfección y superan las facultades de los animales en todo aquello que es posible dentro del ámbito de la facultad material; pero no los superan en la combinación, porque ésta es una operación intelectual.

Segunda objeción. El recuerdo reside en la zona sensitiva. Ahora bien, el recuerdo no es posible sin discurso, por avance de una cosa a otra hasta llegar a la cosa tras la que vamos. Respuesta: Sobre el recuerdo hablaremos largamente después.

De momento decimos que reside en la zona sensitiva, pero con ayuda del entendimiento y que en él se entremezcla la combinación propia de la zona sensitiva.

Tercera objeción. La noticia de los primeros principios tiene su origen en la experiencia múltiple de singulares, según Aristóteles al comienzo de su *Metaphysica* y al final de los *Posteriorum*. Ahora bien, la experiencia se inscribe en la facultad sensitiva y, sin embargo, es una auténtica combinación. Aristóteles dice que experiencia es conocer que esta hierba ha curado a Callías y a Sócrates.

R e s p o n d e t u r quod experientia proprie loquendo immediate fit in sensibus exterioribus, nam ipsi ab [obiectis] rebus immediate immutantur, et intuitive cognoscunt obiecta a quibus immutantur, et hoc est experiri [illa], quomodo tactus experitur ignem calefacere. At vero cognoscere huiusmodi experimentalem effectum componendo et dividendo / *S135v* est [proprium] intellectivae potentiae, et talis cognitio dicitur experimentum. Unde experimentum proprie est cognitio alicuius effectus experimentalis saepe repetita. Et ideo Aristoteles[314] ait quod ex multis memoriis causatur experimentum, et ex multis experimentis ars, et inductio universalis.

Illud igitur experimentum est actus intellectus. Quod patet ex multis:

1.° Quia illud experimentum generat scientiam et artem in intellectu; sed intellectus non assentitur propositioni universali propter cognitionem singularium, quam habet sensus; ergo propter propriam cognitionem.

2.° Quia in propositione experimentali, saepe praedicatum est universale, ut "hic ignis calefacit", etc.; ergo non potest esse operatio alicuius sensus; constat ergo sensum non cognoscere universale. Et hoc argumentum concludit quod ex nulla experientia potest haberi sensum propositionem formare, nam deberet [talis] propositio componi ex subiecto et praedicato singularibus, tamen fere numquam huiusmodi propositiones componimus, neque discursum formamus ex puris singularibus, ita ut nullus admisceatur terminus communis.

4.° arguunt. Nam Aristoteles saepe [cogitativam] phantasiam vocat rationem particularem, ut *6 Ethicorum, cap. 11;*[315] et *3 De Anima, cap. 5,*[316] vocat eam "intellectum passivum"; ergo, etc. R e s p o n d e t u r quod sic illam potentiam nominat, / *P217v* propter dependentiam quam habet intellectus ab illa, et quia immediate movet intellectum; et praeterea quia [saepe] dirigitur ab intellectu, cui obedit.

343 obiectis *PL,* ipsis *S.* 345 illa *P, om. SL.* 345 calefacere *add.* non aliter, quam impressionem ab igne factam praesentialiter percipiendo (Ib.) *L.* 347 proprium *PL,* principium (!) *S.* 348-9 experimentum... repetita *SP,* experimentalis, hoc est alicuius effectus exterius sensibilis saepius repetita cognitio (Ib.) *L.* 350 ex multis *SPL, om. V.* 355 intellectu; sed (autem *L*) *SPL, om. V.* 356 habet *add.* (!) ergo *P.* 358 in *SL, om. P.* 358 saepe *SP,* semper (Ib.) *L.* 359 etc. *om. P.* 359 ergo *S,* enim *P.* 361 Et... concludit (atque *L*) *SL,* Unde colligitur *P.* 362 propositionem *SL,* propositiones *P.* 362 talis *PL, om. S.* 362 componi *S,* constare *PL.* 364 neque *S,* nec *P.* 366 arguunt *SL,* arguitur *P.* 366 cogitativam *PL, om. S.* 366 phantasiam *SL, om. P.* 367 3 *SL, om. P.* 368 ergo *add.* aliquam cognoscit in ea vim participatam ab intellectu (Ib.) *L.* 371 praeterea *om. P.* 371 saepe *PL,* semper *S.*

[314] *Met.* A 1: 980 b 28 - 981 a 7

[315] 1143 a 26-29

[316] 430 a 24 sq.

Respuesta: En rigor la experiencia tiene su origen inmediato en los sentidos exteriores, pues ellos son los que reciben la alteración inmediata de las cosas enfrente y conocen intuitivamente los objetos de los que reciben la alteración. En esto consiste tener experiencia de ellos; así es como el tacto tiene experiencia de que el fuego calienta. Pero conocer este efecto de experiencia por combinación y división es privativo de la facultad intelectiva; a este conocimiento se llama experiencia. Por lo tanto, experiencia en sentido estricto es el conocimiento muchas veces repetido de un efecto experimental. Justamente por eso dice Aristóteles que la experiencia tiene su origen en los recuerdos repetidos, y el arte y la inducción universal en las experiencias repetidas.

Por consiguiente, la experiencia es un acto del entendimiento. Hay muchas razones que lo evidencian.

Primera. La experiencia genera ciencia y arte en el entendimiento. Ahora bien, el entendimiento no da su asentimiento a una proposición universal en razón del conocimiento singular que tiene el sentido; luego en razón de su propio conocimiento.

Segunda. En las proposiciones experienciales el predicado es a menudo universal; por ejemplo: "este fuego calienta", etc. No puede ser, por tanto, la operación de un sentido: sabemos que el sentido no conoce lo universal. El argumento nos lleva también a la conclusión de que ninguna experiencia nos puede dar la capacidad del sentido para elaborar una proposición: tal proposición tendría que ser una combinación de sujeto y predicado singulares, sin embargo casi nunca combinamos este tipo de proposiciones, ni formamos discurso de meros singulares sin entremezclar ningún término común.

Cuarta objeción. Aristóteles llama a menudo razón particular a la fantasía cogitativa; por ejemplo, en *6 Ethicorum, cap. 11;* y en *3 De Anima, cap. 5,* la llama "entendimiento pasivo". Luego, etc. Respuesta: La razón de denominar así a dicha facultad es la dependencia que de ella guarda el entendimiento y porque pone inmediatamente en movimiento al entendimiento y es, además, dirigida a menudo por el entendimiento a quien obedece.

QUAESTIO 7.ª

Utrum eadem potentia [cognoscitiva] possit simul plures actus elicere

1 De actibus potentiae cognoscitivae sufficienter dictum est; solum supererat disputanda quaedam quaestio, scilicet, an in huiusmodi actibus possit veritas et falsitas reperiri. Sed quaestionem hanc tangemus brevius [*disputatione*] sequenti,[317] [remittendo] tractationem de veritate in *Metaphysicam*. Et ideo de actibus nihil superest dicendum.

Et ideo [modo] de potentia [cognoscitiva] est dicendum, de qua illud solet disputari, an sit potentia activa, vel passiva. Sed quaestio manet resoluta [ex] *qq. 2, 3* et *4,*[318] nam ex secunda habetur quod ista potentia est receptiva [specierum], et ex hac parte est passiva; ex tertia vero et quarta [habetur] quod efficit actum, nam est praecipue vis per quam anima operatur, et illi maxime coniuncta. Commune autem est rebus omnibus operari per potentias suas [intrinsecas]. Habetur [etiam] quod recipiunt actus quos efficiunt, et ex hac parte sunt etiam aliquo modo potentiae passivae, [passione] late dicta, eo scilicet modo quo omnis receptio passio dici solet, / ut notat Aristoteles, *lib. 2, cap. 5;*[319] S136 et Gregorius Nysenus, *lib. 4 De viribus animae, cap. 8;*[320] et Damascenus, <2> *lib. Fidei, cap. 22;*[321] D. Thomas, *1. 2, q. 22, a. 1;* Galenus, *lib. De differentiis symptomatum, cap. 1;*[322] et *lib. 2 Methodi, cap. 1;*[323] Nemesius, *De natura hominis, cap. 1* et *15.*[324]

2 Solent tamen communiter potentiae istae dici passivae propter d u o:

P r i m u m. Quia ex natura sua carent speciebus, quas debent recipere prius quam operari possent, et ita primum [omnium] videntur

---

1 2 cognoscitiva *PL, om. S.* 3 dictum *S,* disputatum *PL.* 3 solum *SL,* tamen *P.* 4 disputanda *SL,* disputandum *P.* 4 quaedam... scilicet *om. P.* 4 an *SL,* utrum *P.* 5-6 Sed... brevius *S,* de quo melius *P.* 6 brevius *add.* et commodius (III 7, 1) *L.* 6 disputatione *P,* q[uaestione] *S.* 6 remittendo *L,* ommitentes [= omittentes] *S,* omittendo *P.* 7 in *add.* 6 *P.* 7-8 de actibus... ideo *om. P.* [*laguna de transcripción*]. 8 modo *P, om. S.* 8 cognoscitiva *P, om. S.* 9 illud *om. PL.* 9-10 Sed... resoluta *S,* quod manet resolutum *P.* 10 ex *L,* et *S,* supra *P.* 10 nam *SL,* enim *P.* 11 specierum *PL,* speciei *S.* 12 vero *SL, om. P.* 12 habetur *PL, om. S.* 14 intrinsecas *PL, om. S.* 14 etiam *P,* autem *S.* 16 passione *PL, om. S.* 16 scilicet *om. P.* 17 136] 134 *S.* 18 et Gregorius *SL, om. P.* 19 2] 1 *SPL.*

2 22 tamen *om. P.* 22 passivae *om. P.* 24 omnium *P, om. S.*

---

[317] d. 6, q. 3, nn. 2 sqq.

[318] d. 5, q. 2 (4.ª concl.), nn. 21 sqq.; q. 3 (passim); q. 4 (passim)

[319] *De an.* B 2: 416 b 33 sq.

[320] Ps. Greg. Nyss. = Nemesius, *De nat. hom.*, cap. 6; *cfr. infra not.* 324

[321] *De fide orthodoxa* II 22: PG 94, 939 sq.

[322] O. c., 3.ª Cl., f. 10 C

[323] O. c., 7.ª Cl., ff. 9 C sq.

[324] *Cfr. Ib.* cap. 6: PG 40, 634 sq.: "anima, quae per sensum sedes affectiones, quae in eis existunt, cognoscit" (636 A).—"Est autem sensus perceptio eorum, quae sub sensu cadunt". (635 C). *Cfr. supra not.* 320

CUESTIÓN 7.ª

Capacidad de la facultad cognoscitiva para alumbrar al mismo tiempo varios actos

1 Hemos estudiado con amplitud suficiente los actos de la facultad cognoscitiva. Sólo quedaba pendiente de discusión una cuestión: ¿pueden darse en estos actos verdad o falsedad? Trataremos brevemente esta cuestión en la disputa siguiente, remitiendo el tema de la verdad a la Metafísica. Nada, pues, queda por decir relativo a los actos.

Por eso ahora es obligado hablar de la facultad cognoscitiva. El punto que suele discutirse es el de si es una facultad activa o pasiva. Pero la cuestión ha quedado ya resuelta en las cuestiones 2, 3 y 4. Por la segunda sabemos que esta facultad es receptiva de especies; desde este punto de vista es pasiva. Por la tercera y cuarta sabemos que lleva a efecto actos, pues es la fuerza principal de que se vale el alma para actuar y está íntimamente unida a ella. Y es característica común de todas las cosas actuar por medio de sus facultades intrínsecas. Sabemos también que reciben los actos que llevan a efecto, y desde este punto de vista son también de alguna manera pasivas, con afección pasiva en el sentido amplio en que se suele llamar afección pasiva a toda recepción, como indica Aristóteles en el *lib. 2, cap. 5;* y Gregorio Niseno en el *lib. 4 De viribus animae, cap. 8;* Damasceno en *2 lib. Fidei, cap. 22;* Santo Tomás en *1. 2, q. 22, a. 1;* Galeno en el *lib. De differentiis symptomatum, cap. 1,* y en el *lib. 2 Methodi, cap. 1;* Nemesio en *De natura hominis, cap. 1* y *15.*

2 Por dos razones, sin embargo, suelen de ordinario llamarse pasivas estas facultades.

La primera es que por su propia naturaleza carecen de especies, que han de recibir antes de poder actuar. Ello significa ante todo que

esse in potentia ad recipiendum, deinde ad agendum, in quo distinguuntur a potentiis cognoscitivis Angelorum, quae ex natura sua habent complementum omnium specierum, ut [notavit] / D. Thomas, *1 p.,* *P218* *q. 54, a. 4*:

S e c u n d a r a t i o est. Quia istae potentiae habent duplicem rationem recipiendi, agendi autem unam, et illam non completam, sed quae ⌊completur⌋ per speciem.

3 Hoc ergo supposito de activitate istarum potentiarum, solum superest disputare de virtute earum, an sit adeo limitata, ut unum tantum actum possit elicere. Et videtur quod sic.

[1.°] Ait enim Aristoteles, *2 Topicorum, cap. 4:* [325] "Contingit plura scire, cogitare [vero] non nisi unum."

2.° Quia virtus potentiae est una tantum et finita; ergo satis est quod possit exire in actum unum.

3.° Quia una potentia tantum potest informari in actu unica specie intentionali, ut videns visus plures homines, per unicam speciem illos videt, alias haberet plures species solo numero differentes; ergo etiam tantum potest efficere unum actum.

Hanc quaestionem disputat D. Thomas, *1 p., q. 85, a. 4,* specialiter de intellectu [nostro]; et de intellectu angelico, *q.* ⌊*58*⌋, *a. 2.* Tamen melius disputatur in communi, quia difficultas communis est omnibus potentiis cognoscitivis. Est autem D. Thomae [326] resolutio, quod plura per modum plurium non ⌊possunt⌋ simul cognosci, tamen plura per modum unius, recte possunt. Explicat autem ipse quod cognoscere per modum plurium est cognoscere per plures species, tamen cognoscere per modum unius est cognoscere per eamdem speciem. Ex quo concluditur quod potentia tantum potest uti una specie ad cognoscendum, et simul potest cognoscere quidquid per illam repraesentatur, et non aliud.—Sed haec doctrina expositione indiget.

4 Unde n o t a n d u m est, virtutem animae et omnium potentiarum eius esse finitam et limitatam, quare si pluribus applicetur, necessario

---

25 quo *add.* late (Ib.) *L.* 27 notavit *PL, om. S.* 30 recipiendi *add.* ab extrinseco quidem speciem, a se vero actum (Ib.) *L.* 30 autem *SL,* vero *P.* 31 completur *P,* complectitur *S.*

3 32 istarum *SL,* ipsarum *P.* 33 virtute *SL,* veritate (!) *P.* 33 ut *SP,* et (!) (III 7, 2) *L.* 34 elicere *SL,* dicere *P.* 34 quod sic *S,* pars affirmativa vera *PL.* 36 vero *PL, om. S.* 39 unica *SPL,* unita (!) *V.* 40 speciem *SPL,* faciem (!) *V.* 44 nostro *PL, om. S.* 44 58 *PL,* 5. 8 *S.* 47 possunt *P,* pot [= potest] *S.* 52-3 et non aliud (amplius *P*) *SP, om. L.* 53 expositione *SL,* ex parte (!) *P.*

---

[325] (quod est cap. 10 in ed. Bekker) 114 b 34 sqq.: ἐπίζασθαι μὲν γάφ ἐνδέχεται πολλά, διανοεῖσθαι δ'οὔ· *Et subdit Arist.*: εἰ οὖν τοῦτο με, οὐδ' ἐχεῖνο τὸ ἐφ' ἑνός, ὅτι τὸ ἐπίζασθαι διανοεἰσθαί ἐστιν.

[326] 1 p., q. 85, a. 4

parecen estar en potencia para recibir, después para actuar; y aquí radica la diferencia con las facultades cognoscitivas de los ángeles: éstas poseen por su propia naturaleza el complemento de todas las especies, como indicó Santo Tomás en *1 p., q. 54, a. 4.*

Segunda razón. Estas facultades son receptivas en un doble aspecto; activas, en cambio, sólo en uno y ése no completo que debe completarse por la especie.

3 Hechas estas salvedades sobre la actividad de estas facultades, el único punto de discusión que nos queda es el de su capacidad: ¿es ella tan limitada que no pueda alumbrar más que un sólo acto?

Así es, al parecer. Primero, por la afirmación de Aristóteles en *2 Topicorum, cap. 4:* "Acontece saber muchas cosas, pero pensar solamente una".

Segundo, porque la capacidad de la facultad es solamente una y finita; luego ya es bastante con que pueda irrumpir en un solo acto.

Tercero, porque una sola facultad solamente puede informarse en acto por una única especie intencional; por ejemplo, la vista que ve muchos hombres, los ve por medio de una única especie, de lo contrario tendría múltiples especies sólo numéricamente diferentes. Luego solamente puede producir un acto.

Santo Tomás somete a discusión esta cuestión en *1 p., q. 85, a. 4,* especialmente respecto de nuestro entendimiento; respecto del entendimiento angélico en la *q. 58, a. 2.* Pero es mejor llevar la discusión al terreno general, porque la dificultad es general para todas las facultades cognoscitivas. Pues bien, la solución de Santo Tomás es que no se pueden conocer al mismo tiempo muchas cosas en pluralidad, pero bien pueden conocerse muchas cosas en unidad. Él mismo explica que conocer en pluralidad es conocer por pluralidad de especies, pero conocer en unidad es conocer por una misma especie. La conclusión es que la facultad solamente puede valerse de una especie para conocer, y al propio tiempo puede conocer cuanto por ella se representa. Pero esta doctrina necesita explicación.

4 Empecemos por observar que la capacidad del alma y de todas sus facultades es finita y limitada. Por lo cual con su aplicación a muchos queda necesariamente disminuida en las unidades singulares: cuando la capacidad es finita, al dividirse cada parte es menor que el todo; es

erit in singulis minor, quia virtus finita, si dividatur, quaelibet pars erit minor toto, nec potest intelligi quod eadem virtus finita simul tota pluribus et singulis obiectis applicetur, nam hoc repugnat limitationi virtutis. / Et dicere quod una et eadem virtus diversis applicatur tota, *P218v* est dicere illam esse duplo maiorem quam vere sit.

2.° nota [cognitionem] posse esse perfectam et imperfectam; perfecta autem duplici ratione dici potest, scilicet aut ex parte potentiae, aut ex parte obiecti. Ex parte / potentiae est perfecta illa quae adae- *S136v* quatur virtuti potentiae, id est, in qua potentia explicat totam virtutem suam; ex parte vero obiecti dicitur perfecta quando cognoscitur obiectum quantum ipsum cognoscibile est. Unde imperfecta cognitio, cum privationem dicat, duplici opposita ratione talis esse poterit, scilicet vel quia non adaequatur potentiae, vel quia non adaequatur obiecto.

5 His suppositis, dico 1.°: Impossibile est quod una potentia habeat duos actus simul perfectos ex parte potentiae.

Haec conclusio patet ex dictis, et est intenta ab Aristotele[327] et D. Thoma, supra [citatis].[328]

6 Dico 2.°: Non repugnat unam potentiam cognoscitivam habere simul duos actus cognoscendi, sive res cognitae cognoscantur per modum unius, vel plurium.

Probatur experientia. Quia simul video lucem, albedinem et nigredinem; et simul etiam audio sonos diversos et differentiam inter illos, quod est signum cognosci actibus diversis. Intellectus etiam saepe considerat duas res et convenientiam [vel differentiam] inter illas; potest ergo una potentia plura cognoscere.

Quod autem possit per modum plurium, probatur.

Nam quando video duos homines, non video illos per modum unius, quia nullo modo confero unum ad alium, nec ex illis facio unum. Et eodem modo potest intellectus illos considerare. Et ratio est, nam attentio intellectus habet latitudinem, et potest totaliter vel ex parte

4 56-60 quia... sit *SP, om. L.* 61 nota *S,* est notandum *P, add.* (!) quod *S.* 61 cognitionem *PL,* visiem [= visionem (!)] *S.* 64 id est *om. S.* 68 adaequatur *add.* virtuti (III 7, 3) *L.*

5 69 dico 1.° *SL,* est 1.ª conclusio *P.* 71 conclusio *SL, om. P.* 71 patet *S,* est evidens *PL.*

6 73 Dico 2.° *SL,* 2.ª conclusio *P.* 72 citatis *PL, om. S.* 74 cognitae cognoscantur *S,* cognita cognoscatur *P.* 77 audio *S,* video (!) *P.* 79 res *SL, om. P.* 79 vel differentiam *PL, om. S.* 83 quia... ¹unum *S,* quando nullo modo conferimus

[327] *Cfr. supra not.* 325
[328] *Cfr. supra*: 1 p., q. 85, a. 2

ininteligible que una misma capacidad finita se aplique simultáneamente en su totalidad a muchos objetos y a cada uno de ellos: es incompatible con la limitación de la capacidad. Decir que una única y misma capacidad se aplica en su totalidad a diversos objetos equivale a decir que es doble mayor de lo que en realidad es.

Nótese en segundo lugar que el conocimiento puede ser perfecto e imperfecto. Perfecto puede decirse bajo un doble aspecto: por parte de la facultad y por parte del objeto. Por parte de la facultad es perfecto el conocimiento que se ajusta a la capacidad de la facultad, es decir, aquél en el que la facultad despliega toda su capacidad. Se dice perfecto por parte del objeto, cuando se conoce el objeto en toda el área de su cognoscibilidad. El conocimiento imperfecto, por tanto, por implicar privación, podrá ser tal por una doble razón opuesta: o porque no se ajusta a la facultad o porque no se ajusta al objeto.

5 Hechas estas puntualizaciones, primera afirmación: Es imposible que una única facultad tenga al mismo tiempo dos actos perfectos por parte de la facultad.

La tesis es evidente por las razones expuestas, y es la meta a la que apuntan Aristóteles y Santo Tomás en los pasajes citados.

6 Segunda afirmación: No hay contradicción en que una única facultad cognoscitiva tenga simultáneamente dos actos de conocimiento, sea que los objetos conocidos se conozcan en unidad o en pluralidad.

Prueba de experiencia. A un mismo tiempo veo luz, blancura y negrura; y a un mismo tiempo oigo también sonidos diversos y percibo la diferencia que existe entre ellos: señal de que el conocimiento se realiza en actos diversos. El entendimiento considera también a menudo dos cosas y la conveniencia o diferencia entre ellas. Puede, por lo tanto, una única facultad conocer muchos objetos.

Prueba de que los puede conocer en pluralidad.

Cuando veo dos hombres no los veo en unidad: no los comparo en absoluto uno con otro ni de ellos formo uno sólo. De la misma manera puede considerarlos el entendimiento. La razón es que la atención del entendimiento tiene su ámbito y puede aplicarse total o parcial-

applicari cognitioni; ergo potest unum cognoscere dimidiata attentione, et deinde / aliud alia attentionis parte. ***P219***

I t e m, intellectus potest simul plura cognoscere, constituendo differentiam inter illa, vel aliquo modo comparando; ergo etiam potest illa absolute cognoscere sine comparatione. Tenet consequentia, quia illa comparatio nihil videtur referre, immo videtur addere difficultatem operationi, nam qui comparat simul et extrema cognoscit et praeterea comparationem facit.

Et in hac conclusione conveniunt aliqui Thomistae, ut Caietanus, *1 p.*,[329] supra, et Soto, *1 Posteriorum*,[330] quamvis alii oppositum teneant, ut Hervaeus, *Quodl.* [*7*], *q.* [*16*];[331] et *in 2, d. 11, q.* [*2*];[332] Capreolus, in [*2*], *d. 3, q. 2, concl. 9*;[333] Ferrariensis, *1* [*Contra Gentes*], *cap. 55*;[334] idem Albertus, in *1, d. 1, a. 3.*[335]

Tamen eorum rationes non urgent, scilicet quod unicus numero motus est ad unicum terminum, et ab uno principio unica actio. Dicimus enim quod ab uno principio possunt esse plures actiones ad diversos terminos vel obiecta tendentes, et maxime si principium sit diversis formis affectum, ut hic contingit.

7 T e r t i a c o n c l u s i o sit: Eadem potentia cognoscitiva potest simul operari per diversas species intentionales.

P a t e t ex dictis, nam quando video album et nigrum, per diversas species illa video, quia non possunt per eamdem speciem repraesentari, ut supra[336] ostendimus. Et intellectus considerans differentiam inter / equum et hominem simul operatur per diversas species illorum. ***S137***

Et quia hoc Thomistae negare non possunt, ideo exponunt D. Thomam dicentem non posse intellectum plura simul per diversas species intelligere, [eo] quod diversae species dicantur illae quae plures sunt, et inter se nullum ordinem habent, quia si sumantur cum ordine, censentur tamquam una. Sed huic expositioni repugnare videtur D. Thomas, *1 p., q. 12, a. 10*, ubi ait quod si partes eiusdem totius propriis et diversis speciebus cognoscerentur, non possent simul omnes cognosci, et tamen cognoscerentur cum ordine quem inter se habent. Adde quod

---

unum ad alium, ut saepe contingit (III 7, 4) *L.*   87 aliud *SL*, alium *P.*   87 parte *add.* a priori discreta (Ib.) *L.*   90 sine comparatione *SL*, nulla facta comparatione *P.*   92 praeterea *S*, p [= per] *P*, *om. L.*   94 in hac... conveniunt *S*, hanc conclusionem tenent *P.*   96 7... 16 *PL*, 6... 7 *S.*   96 ^{1}2 *PL*, 7 *S.*   96 ^{2}2 *PL*, 1 *S.*   97 Contra Gentes *P*, *om. S.*   100 actio *SL*, *om. P.*

7 104 Tertia *S*, *praem.* Unde *PL.*   108 ostendimus *add.* cum tamen simul a nobis concipi experiamur (III 7, 5) *L.*   109 137] 135 *S.*   112 eo *L*, *om. SP.*   114 censentur *S*, censetur *P.*   116 cognoscerentur *S*, repraesententur *P.*   116 simul

---

[329] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 85, a. 4) passim

[330] cap. 1, q. 1 (ad. $4.^m$ principale): o. c., ff. 80 sq.

[331] O. c., ff. 142^v sq.

[332] O. c., ff. 12 sq.

[333] a. 1: o. c., t. 2, f. 84, col. 1

[334] ?

[335] O. c., t. 25, pp. 17 sq.

[336] d. 5, q. 2 ($3.^a$ concl.), nn. 17 sqq.

mente al conocimiento. Luego con la mitad de la atención puede conocer un objeto, y además con la otra parte de la atención el otro.

Asimismo, el entendimiento puede conocer simultáneamente muchos objetos estableciendo la diferencia entre ellos o comparándolo bajo algún aspecto. Luego en absoluto también los puede conocer sin comparación. La consecuencia es válida: tal comparación no parece hacer al caso, es más, parece dificultar la operación, pues quien compara, está haciendo la comparación al mismo tiempo que conoce los extremos.

En esta tesis están de acuerdo algunos tomistas, como Cayetano en *1 p.*, pasaje citado, y Soto en *1 Posteriorum;* aunque algunos sostienen una postura opuesta, como Herveo en *Quodl. 7, q. 16,* y en *2, d. 11, q. 2;* Capréolo en *2, d. 3, q. 2, concl. 9;* Silvestre de Ferrara en *1 Contra Gentes, cap. 55;* también Alberto en *1, d. 1, a. 3.*

Pero no son apremiantes sus argumentos: que un movimiento numéricamente único está destinado a un único término, y que de un solo principio emana una única acción. Decimos que de un solo principio pueden emanar múltiples acciones con destino a término y objetos diversos, máxime cuando el principio está afectado por formas diversas, como es nuestro caso.

7 Tercera tesis: Una misma facultad cognoscitiva puede actuar simultáneamente mediante especies intencionales diversas.

Es evidente por las razones expuestas: al ver lo blanco y lo negro, los veo mediante especies diversas, pues no pueden representarse por una misma especie, como demostramos en páginas anteriores. Y el entendimiento al considerar la diferencia entre caballo y hombre, actúa simultáneamente mediante las especies diversas de ellos.

Y como esto no lo pueden negar los tomistas, en su interpretación de Santo Tomás le hacen decir que no puede el entendimiento entender simultáneamente muchos objetos mediante especies diversas, porque se llaman especies diversas las que son múltiples y no guardan ningún orden entre sí; si se las toma ordenadas, se las considera como una sola. Pero esta interpretación parece incompatible con el pasaje de Santo Tomás de *1 p., q. 12, a. 10,* en donde dice que si se conocieran las partes de un mismo conjunto con especies propias o diversas, no se podrían conocer todas a un mismo tiempo, y sin embargo se conocerían con el orden que guardan entre sí. Además la facultad no solamente puede

potentia cognoscitiva / non tantum potest cognoscere plura cum ordine, sed etiam sine ordine, per modum plurium; ergo potest simul uti diversis speciebus, ut diversae sunt, non ordinando illas. *P219v*

8 D i c o 4 . ° : Contingere potest, ut potentia simul plura cognoscat perfecte ex parte obiectorum, id est, cognoscendo illa quantum cognoscibilia sunt a tali potentia.

Haec conclusio potissime verificatur in Angelis, in quibus cognoscitiva virtus est magna, et ideo quamvis in plura obiecta dividatur, potest unicuique tribuere totum id quod necessarium est ad illud perfecte intelligendum; et ita potest Angelus naturaliter se ipsum et Deum [per] sua naturalia, et praeterea rem aliquam naturalem simul perfecte cognoscere. De qua re suo loco.[337]

Quae omnia D. Thomas[338] concedit, et ideo Thomistae etiam hic explicant quod non potest intellectus per species plures eiusdem ordinis operari, tamen per species diversorum ordinum bene potest.

Sed expositio non est accommodata, nam quod sint species eiusdem vel alterius ordinis impertinens est, immo si potest per species diversi ordinis, melius poterit per species eiusdem ordinis, quia magis faciunt unum. In intellectu autem humano, propter limitationem virtutis suae, raro [aut numquam] verificatur conclusio, quia numquam rem aliquam adeo perfecte comprehendit, quin possit perfectius. Et ideo dum ad plura attendit, aliquid diminuit de perfecta cognitione uniuscuiusque. Et idem est de sensibus, eadem ratione. Et hoc experientia patet.

Et ita est interpretandus D. Thomas, vel iuxta hoc ultimum, vel iuxta primam conclusionem.

9 Et sic patet solutio p r i m i argumenti, supra [facti].[339]

[Quod vero in s e c u n d o sumitur], illud [esset] verum, si intelligatur de actu adaequato intellectus, non vero de inadaequatis.

A d t e r t i u m[340] respondetur quod una potentia potest simul habere duas species / intentionales, per illas vero operari in actu se- *P220*

SL, om. P. 118 cognoscitiva *SL, om. P.*

8 121 Dico 4.° *SL*, 4.ª conclusio *P.* 125 magna *SP*, nobilissima (III 7, 6) *L.* 125 obiecta *add.* (ut ita dicam) (Ib.) *L.* 128 per *PL*, pro *S.* 134-5 si... ordinis (ordinis *om. P*) *SP*, per species ejusdem ordinis res erit facilior (Ib.) *L.* 136 faciunt *S*, facient *P.* 136 unum *S*, unam *P.* 136 autem *om. P.* 137 aut numquam *PL, om. S.* 138 adeo *SL*, tam *P.* 138 comprehendit *SL*, apprehendit *P.* 140 eadem ratione *SP*, ac maiori ratione (Ib.) *L.* 140 patet *S*, docet *P*, confirmat (Ib.) *L.* 141 hoc ultimum *S*, hanc 4.am *P.*

9 143 Et sic *S*, hinc ergo *P.* 143 facti *P, om. S.* 144 Quod... sumitur (III 7, 7) *L, om. SP.* 144 esset *P*, esse *S.* 145 intellectus *S*, potentiae *PL.* 147 illas *SL*, illa *P.* 147-8 in... secundo *SP, om. L.*

---

[337] *Cfr.* Suárez, *De Angelis*

[338] 1 p., q. 56, aa. 1. 3; q. 58, a. 2

[339] *Cfr. supra*, n. 3: arg. Arist., 2 *Top.*, cap. 4

[340] *Cfr. supra*, n. 3: 3.°

conocer muchos objetos con orden, pero aun sin orden, en pluralidad. Luego puede valerse al mismo tiempo de especies diversas, en tanto que diversas, sin ordenarlas.

8 Cuarta afirmación: La facultad puede eventualmente conocer al mismo tiempo muchos objetos de una manera perfecta por parte de los objetos, es decir, conociéndolos en toda el área de su cognoscibilidad al alcance de tal facultad.

La tesis se cumple sobre todo en los ángeles, cuya capacidad cognoscitiva es grande, y por eso aunque quede dispersa en múltiples objetos puede aplicar a cada uno todo lo que se precisa para su perfecta comprensión. Ello significa que el ángel puede de forma natural conocerse a sí mismo y a Dios por sus propias fuerzas naturales y al mismo tiempo conocer además perfectamente algún objeto natural. De este tema a su tiempo.

Toda esta doctrina la admite Santo Tomás; justamente por eso también los tomistas en este punto enseñan que el entendimiento no puede actuar por múltiples especies de un mismo orden, pero bien puede por especies de órdenes diversos.

Pero la interpretación no es ajustada: el que las especies sean del mismo o de diverso orden no hace al caso; es más, si puede por especies de orden diverso, mejor podrá por especies de un mismo orden, pues presentan una mayor unidad. La tesis rara vez o nunca se cumple en el entendimiento humano, debido a la limitación de su capacidad: nunca comprende tan perfectamente una cosa, que no pueda comprenderla mejor. Justamente por eso al fijar su atención en muchos objetos, queda disminuido en algún grado el conocimiento perfecto de cada uno de ellos. Lo mismo ocurre con los sentidos por la misma razón. Es un dato de experiencia.

En esta línea ha de ir, pues, la interpretación de Santo Tomás o en la línea de la primera tesis.

9 De este modo queda en claro la solución del primer argumento aducido antes.

La idea que recoge el segundo es verdadera entendida del acto completo del entendimiento, no de los incompletos.

Respuesta al tercer argumento: Una única facultad puede tener simultáneamente dos especies intencionales, pero no puede actuar perfectamente por ellas en acto segundo, puede en cambio imperfectamente:

cundo perfecte non potest, imperfecte [tamen] potest, nam omnis potentia habet species virtuti suae proportionatas, et ideo si per unam operatur, potest cognoscere quod per illam repraesentatur, si illa utatur adaequate. Ut Angelus, qui habet unam speciem repraesentantem animal et omnes species ⌊animalium⌋, potest simul perfecte omnia illa / **S137v** cognoscere, tamen si non utatur specie illa secundum totam repraesentationem, sed tantum ad cognoscendum unam speciem, tunc [poterit] simul operari per speciem alterius rei, tamen per nullam earum operabitur [adaequate et] perfecte.

10 P e t i t tamen argumentum [illud], quomodo duae species intentionales solo numero differentes possint esse in eodem subiecto.

R e s p o n d e t Caietanus, *1 p., q. 76, a. 2,* [341] quod duae species intentionales differentes numero in esse reali non possunt esse simul, tamen differentes numero in esse repraesentativo, si differant specie in esse reali, possunt esse simul.

Quod tamen e x c l u d i t Ferrariensis, *<4> Contra Gentes, cap. <26>,* [342] propterea quod species intentionales, quae in repraesentando tantum differunt numero, non habent unde distinguantur specie in essendo, quia nec ex parte subiecti, ut de se patet, nec ex parte obiecti, quod tantum est numero diversum.

Et c o n f i r m a t u r . Nam sicut actio specificatur a termino, ita species a re repraesentata; sed actiones tendentes ad terminos numero diversos tantum differunt numero; ergo.

I t e m , quia, ut supra [343] diximus, ipsum esse repraesentativum est esse reale speciei; ergo si in repraesentando solum habent ⌊differentiam numericam⌋, etiam in essendo.

Et ideo Ferrariensis [344] aliter respondet: Quod species repraesentantes res numero diversas sunt diversae speciei, quia repraesentant in rebus illis conditiones diversas, quae repraesentari non possunt, nisi ab specie diversae speciei.

Sed hoc etiam falsum est, nam species duarum albedinum existentes in visu non est cur distinguantur specie, nam res / **P220v** repraesentatae

---

148 tamen *P,* 1.º (!) *S.* 148-156 nam... perfecte *SP, om. L.* 152 animalium *P,* animalis *S.* 152 omnia illa *S,* omnes illas *P.* 153 illa *praem.* tota [tota illa specie] *P.* 154 poterit *P,* potest *S.* 155 rei *om. P.* 156 adaequate et *P, om. S.* 157 illud *PL, om. S.* 161-2 tamen... simul *om. P.* [*laguna de transcripción*]. 163-4 4... 26] 2... 77 *SPL.* 172 reale *SP, om. L.* 173 differentiam numericam *PL,* differunt numero (!) *S.* 174 Et *om. P.* 174-5 species... diversas *SL,* species rerum numero diversas repraesentantes *P.* 176-7 quae... speciei *SP, om. L.* 177 ab *S,* a *P.* 178 falsum *SP,* improbabile (III 7, 8) *L.* 179 non est... specie *SP,*

---

[341] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 76, a. 2) VIII

[342] *Comm. in CG. D. Thomae* (IV, cap. 26) III [2]

[343] d. 5, q. 2, nn. 5. 15

[344] *Cfr. supra not.* 342

toda facultad tiene especies acomodadas a su capacidad; justamente por eso al actuar por una, puede conocer lo que ella representa, si se sirve de ella adecuadamente. El ángel, por ejemplo, que tiene una sola especie representativa del animal y de todas las especies de animales, puede conocerlos perfectamente a todos ellos al mismo tiempo; pero si no se sirve de ella en todo el ámbito de su representación, sino exclusivamente para conocer una sola especie, entonces podrá actuar simultáneamente por la especie de otra cosa, pero por ninguna de ellas actuará de una manera adecuada y perfecta.

10 Pregunta, sin embargo, el argumento citado cómo dos especies intencionales, que sólo se diferencian numéricamente, pueden darse en un mismo sujeto.

Cayetano responde en *1 p., q. 76, a. 2* que dos especies intencionales numéricamente diferentes en su ser real no pueden darse al mismo tiempo; pero diferentes numéricamente en su ser representativo pueden darse simultáneamente, si difieren específicamente en su ser real.

Silvestre de Ferrara, sin embargo, rechaza la respuesta en *4 Contra Gentes, cap. 26* con esta razón: las especies intencionales que en su representación sólo difieren numéricamente, no tienen posibilidad de distinguirse específicamente en su ser: no por el lado del sujeto, como es evidente por sí mismo, ni tampoco por el lado del objeto, que sólo numéricamente es diverso.

Confirmación. Al igual que la acción queda especificada por el término, también la especie por la cosa representada. Pero las acciones con destino a términos numéricamente diversos sólo difieren numéricamente. Luego.

Asimismo, ya dijimos en páginas anteriores que el propio ser representativo es el ser real de la especie. Luego si en su representación sólo difieren numéricamente, también en su ser.

Justamente por eso Silvestre de Ferrara da otra respuesta: las especies que representan cosas númericamente diversas son específicamente diversas, porque representan en esas cosas índoles diversas, que no pueden representarse sino por una especie específicamente diversa.

Pero también esta respuesta es falsa: las especies de dos blancuras que se dan en la vista no tienen por qué distinguirse específicamente. En efecto, las cosas representadas no difieren específicamente,

non differunt specie, et aliae conditiones non repraesentantur directe per speciem, sed modificant repraesentationem illius.

I t e m , illae conditiones possunt non differre specie, sed numero tantum.

I t e m , visiones duorum hominum non est cur specie differant; ergo neque species illorum.

U n d e d i c o nullum esse inconveniens duas species intentionales solo numero differentes esse in eodem subiecto secundum eamdem partem.

Est sententia communis D. Thomas, *1 p., q. 76, a. 2; De veritate, q. 8, a. 14;* Soncinas, *7 Metaphysicae, q. 9, ad 2;*[345] Veneti[346] et aliorum, hic, *2 De Anima, cap. 12.*

Et patet in aere qui secundum omnes partes est plenus [specierum]. Et ratio est, quia istae species non individuantur a subiectis, sed ab obiectis repraesentatis, nam ad hoc potissime ordinantur, ut repraesentent. Et ideo ex hac parte sumunt unitatem suam. Et idem censeo de actibus, qui etiam ad obiecta tendunt.

---

om. L. 182 illae *S,* aliae *P,* eae *L.* 183 tantum *add.* veluti dictae albedines in quantitatibus eiusdem figurae; et aequè intensae inveniantur. (Ib.) *L.* 189 sententia *SL, om. P.* 191 De Anima *SL,* Animae *P.* 192-3 Et patet... specierum *SP, om. L.* 192-3 specierum *P,* speciebus *S.* 193 subiectis *add.* sicut nec actus expressi (Ib.) *L.* 194-6 ab... tendunt *SP,* sed a differentiis intrinsecis in ordine ad objecta, ad quae transcendentaliter referuntur. (Ib.) *L.* 194 repraesentatis *S,* repraesentantis *P.* 195 sumunt *S,* suam (!) *P.* 196 tendunt *add.* Unde fieri potest ut in eodem subjecto plures reperiantur, quemadmodum et tres paternitates in eodem homine ad tres filios. Qamvis enim et species duarum albedinum, et relationes paternitatum solo numero differunt, tamen intra latitudinem numericam non aeque assimilant subjectum, cum ad diversa objecta, et diversa munera praestanda ordinentur. (Ib.) *L.*

---

[345] O. c., ff. 70 sq.

[346] *De an.*, II, comm. 121

[2]: o. c., f. 102^{v}, col. 2

y las otras condiciones no vienen representadas directamente por la especie, sino que modifican su representación.

Asimismo, esas condiciones pueden no distinguirse específicamente, sino sólo numéricamente.

Asimismo, los actos de visión de dos hombres no tienen por qué distinguirse específicamente; luego tampoco sus especies.

Afirmo, por tanto, que no existe inconveniente alguno en que dos especies intencionales sólo numéricamente distintas se den en un mismo sujeto respecto a una misma parte.

Es opinión generalizada de Santo Tomás en *1 p., q. 76, a. 2; De veritate, q. 8, a. 14;* Soncinas en *7 Metaphysicae, q. 9, ad 2;* Véneto y otros al tratar el tema en *2 De Anima, cap. 12.*

Es evidente en el caso del aire: está lleno de especies en todas sus partes. La razón es que estas especies no están individuadas por los sujetos sino por los objetos representados, pues éste es ante todo su destino: representar. Justamente de esta condición deriva su unidad. Tal es mi sentir con relación a los actos con destino también a los objetos.

DISPUTATIO SEXTA

De sensibus in communi

[Potentiae sensitivae] ad eumdem gradum viventium pertinent, distinctum a gradu / rerum habentium intellectum, et ideo maiorem inter *S138* se convenientiam habent quam cum potentiis intellectivis. Et hac ratione antequam ad potentias singulas descendamus, dicendum est de sensibus in communi. Sic enim et facilior et brevior erit doctrina.

Tractat autem materiam hanc Aristoteles, *2 De Anima, cap. 5* [et] *6,*[1] cuius prima conclusio est: Sentire in quodam pati consistere videtur, nam est quasi alteratio quaedam.

Secunda conclusio: Sensus et sentire dupliciter dicitur, potentia scilicet et actu.

Tertia conclusio: Sensus patitur partim a simili, partim a dissimili, / [a dissimili] scilicet in principio, a simili vero in *P221* [fieri].

Quarta conclusio: Cum duplex sit passio: altera corruptiva, et altera perfectiva, passio, quae in sensatione intervenit, non est de se corruptiva, sed potius perfectiva.

Quinta conclusio: Esse in potentia stat dupliciter: remote et proxime. Remote, ut cum quis caret scientia et actu sciendi; proxime, ut cum quis habet scientiam, sed non actu contemplatur. Et utriusque potentiae reductio ad actum est per alterationem perfectivam.

Sexta conclusio: Sensitivum in potentia remota reducitur in actum ab extrinseco sensibili, et tunc se habet ut sciens; cum vero operatur, se habet ut contemplans.

---

1 2 De... communi *SP, om. L.* 3 Potentiae sensitivae *PL,* Pot.ª sensitiva *S.* 4 138] 136 *S.* 8 Aristoteles *om. P.* 8-9 5 et 6 *PL,* 56 *S.* 9-35 cuius... Aristoteles *SP, om. L.* 9 est *om. P.* 14 a dissimili *P, om. S.* 15 fieri *P,* fine *S.* 17 et *om. P.* 22 est *om. P.*

---

[1] 416 b 32-418 a 25

DISPUTA SEXTA

Los sentidos en general

Las facultades sensitivas corresponden a un mismo nivel de seres vivos, distinto del nivel de seres dotados de entendimiento; por ello poseen entre sí más puntos de contacto que con las facultades intelectivas. Y por ese motivo importa el estudio de los sentidos en general, antes de bajar al de las facultades en particular. De esa manera la exposición ganará en facilidad y brevedad.

Aristóteles trata el tema en *2 De Anima, 5* y *6*. Primera tesis de Aristóteles: Sentir consiste, al parecer, en un estar afectado, pues es una especie de alteración.

Segunda tesis: Dos son los momentos en que se consideran sentido y sentir: en potencia y en acto.

Tercera tesis: el sentido viene afectado en parte por algo semejante y en parte por algo desemejante: por algo desemejante en el principio, pero por algo semejante en la producción.

Cuarta tesis: La afección es doble: una, que corrompe, y otra que perfecciona; la afección, que es factor en la sensación, no es la que corrompe, sino, más bien, la que perfecciona.

5 / Haec * tamen opinio difficilis est valde, quia non intelligitur quid sit haec participatio naturae superioris. Nam vel est participatio alicuius entitatis vel perfectionis, [vel non]. Si non, nihil deservit ad actionem. Si est talis, q u a e r o r u r s u s , an perfectio illa participata sit maior quam perfectio speciei productae, vel non. Si non est maior, non sufficiet ad productionem speciei, nam res non operatur secundum perfectionem participatae naturae, prout est in re a qua participatur, sed prout est in re quae illam participat. Homo enim et Angelus aliquo modo participant divinam naturam, et non operantur omnia quae natura divina, sed operantur secundum [id] quod est in illis participatum ab [illa]. P225

Si vero perfectio participata sit maior quam perfectio specierum, q u a e r o r u r s u s , an talis perfectio sit intrinseca naturae obiectorum ipsorum, an vero sit superaddita tali naturae. Si p r i m u m dicatur, tollitur quaestio, [et est] inutilis distinctio, nam cum illa perfectio pertineat ad constitutionem naturae ipsorum obiectorum, ipsa secundum propriam naturam poterunt causare speciem. S e c u n d u m autem dicere fictum esset, nam non potest imaginari quae sit illa perfectio superaddita.

6 P r i m a c o n c l u s i o sit: In sensibus exterioribus, species producuntur ab obiectis. Quare non est necessarius in illis sensus agens.

Colligitur ex Aristotele, [*tx.*] *121,*[45] [ubi] ait quod sensus patitur a sensibili. Et ex [D.] Augustino, *11 De Trinitate, cap. 2,*[46] [ubi] ait obiectum ad extra movere sensum. Idem D. Thomas, *1 p., q. 111, a. 4; 1 Contra* [*Gentes*], *cap. 65;* [*q. De Anima*], [*art. 4, ad 5*];[47] Albertus Magnus, *Summa de homine, q. <34>;*[48] et *2 De Anima,* [*tract.*] *3, cap. 6;*[49] et expositores [communiter], infra, *cap. 12.*[50]

Experientiae etiam adductae hanc conclusionem probant.

Et r a t i o est, quia species istae intentionales non sunt perfectiores obiectis suis, ut albedo perfectior qualitas est quam species illius. Utraque enim est qualitas materialis, tamen albedo est perfecta in sua

---

5 60 ^{2}vel *S,* et *PL.* 60 vel non *P, om. S.* 60 ^{2}non *S,* 2.^{m} *P.* 61 Si est talis *S,* si 1.^{m} *P.* 62 ^{1}non *add.* (aequalis enim non erit, cum productio sit aequivoca) (III 9, 3) *L.* 63-7 nam... illa *SP, om. L.* 67 id *P, om. S.* 67 illa *P,* illo (!) *S.* 70 ipsorum *S,* talium *P,* illorum *L.* 70 tali *SL,* illorum *P.* 71 et est *P,* de (!) *S.* 71 cum *SL,* vi (!) *P.*

6 75 Prima *add.* Quapropter *P.* 77 tx. (...) ubi *PL, om. S.* 78 D. *P, om. SL.* 78 ubi *P, om. S.* 78 ait *S,* dicit *P.* 80 Gentes *PL, om. S.* 80 q. ... Anima *PL,* 1.º Animae *S.* 80 art... 5 *PL, om. S.* 81 34] 102 *SPL.* 81 tract. *PL,* tex. *S.* 82 expositores *SL,* expositore *P.* 82 communiter *PL, om. S.* 83 conclusionem *SL, om. P.* 84 ratio est *SL, om. P.* 84 quia *SL,* quoniam *P.* 84 istae *add.*

---

[45] *De an.* B 12: 424 a 22
[46] XI 2,3: CChL 50, 336, 51 sqq. (PL 42, 986)
[47] *q. De an.*, a. 4, ad 5
[48] q. 34, a. 1: o. c., t. 35, pp. 295 sqq.
[49] tract. 3, c. 6: o. c., t. 5, pp. 241-244
[50] Arist., *De an.* B 12

---

* Cfr. supra, q. 1, lín. 200.

5 Esta opinión se hace sumamente difícil, porque no se entiende qué sea esa participación de una naturaleza superior. En efecto, o es participación de alguna entidad o perfección, o no lo es. Si no lo es, en nada contribuye a la acción. Si lo es, vuelvo a preguntar: esa perfección participada ¿es mayor que la perfección de la especie producida o no? Si no es mayor, no bastará para la producción de la especie, porque una cosa opera con arreglo a la perfección de una naturaleza participada no en cuanto ésta reside en la cosa de la que participa, sino en cuanto reside en la cosa que participa. El hombre y el ángel participan, en alguna medida, de la naturaleza divina, y no realizan todas las operaciones de la naturaleza divina, sino las operaciones que se ajustan a lo que en ellos hay de participación divina.

Pero si la perfección participada es mayor que la perfección de las especies, vuelvo a preguntar, ¿tal perfección es intrínseca a la naturaleza de los objetos mismos o sobreañadida a tal naturaleza? En el primer caso, queda eliminado el problema, y se hace inútil la distinción, porque al ser tal perfección intrínseca a la constitución de la naturaleza de los objetos mismos, los objetos mismos serán capaces de producir la especie de acuerdo con su propia naturaleza. El segundo caso sería ficticio, pues no es posible imaginar qué sea la susodicha perfección sobreañadida.

6 Sea la primera tesis: En los sentidos externos las especies son producidas por los objetos. Por tanto no es necesario en ellos un sentido agente.

Se infiere del *tx. 121* de Aristóteles, donde afirma que el sentido es afectado por el sensible. Y de *11 De Trinitate, cap. 2* de San Agustín, donde afirma que el objeto inmuta al sentido desde el exterior. La misma tesis en Santo Tomás, *1 p. q. 11, a. 4; 1 Contra Gentes, cap. 65; q. De Anima, a. 4, ad 5*, en Alberto Magno, *Summa de homine, q. 34;* y *2 De Anima, tract. 3, cap. 6;* y de modo general, en los comentaristas posteriormente citados en el *cap. 12*.

Las experiencias aducidas prueban también la tesis.

Y la razón es ésta: esas especies intencionales no son más perfectas que sus objetos; la blancura, por ejemplo, es cualidad más perfecta que su especie. Ambas, efectivamente, son cualidades materiales, pero la blancura es perfecta en su especie, en cambio la especie lo es únicamente como huella y representación de la blancura. Tam-

specie, species vero illius non est nisi tamquam quoddam vestigium et repraesentatio illius. Calor etiam, qui calorem producit et species sensibiles, activus dicitur, non a productione specierum, sed ab actione caloris; ergo signum est calorem esse perfectiorem quam species illius. Neque obstat quod species habeat maiorem subtilitatem, propter quam dicitur quodammodo immaterialis, nam haec subtilitas est quidam modus entitatis [tantum], cum quo stat quod illa entitas secundum gradum suum sit imperfectior. /

Sed contra. Nam omne agens agit vel propter productionem *P225v*
/ sui similis, vel propter conservationem [suae] speciei, vel propter *S142v*
[sui] ⌊perfectionem⌋; sed calor, v. g., in productione speciei nec se ipsum perficit, nec conservat speciem; ergo non producit illam.—Respondetur: Nego maiorem. Multa enim agunt ut se communicent [tantum], et alia perficiant, ut sol illuminat, et illa actione nec se ipsum perficit, nec conservat, sed alia perficit communicando se. Sic etiam calor producit speciem sui, ut se aliquo modo communicet, et sensum perficiat. Et quia proprium est substantiarum separatarum et rerum incorruptibilium agere isto modo, ideo forte dixit D. Thomas [51] quod haec sensibilia in actione ista assimilantur substantiis separatis, non quod ab illis participent aliquam virtutem, ut videtur interpretari Caietanus, [52] [supra].—Et haec de sensibus externis.

7 Sed nunc dicendum est de sensu interno. Pro quo notandum [est] quosdam distinguere in sensu interiori ⌊tres⌋ species, scilicet species sensatas, species compositas ex sensatis, et species insensatas. Species sensatae dicuntur illae quae repraesentant res eodem modo quo in exterioribus sensibus repraesentatur, ut species Petri quae in imaginatione recipitur. Species compositae ex sensatis dicuntur quae repraesentant rem compositam ex multis simplicibus sensatis, ut quando imaginatio fingit montem aureum, [<species> illius non praecessit in sensu externo. Visus enim numquam vidit montem aureum, sed vidit montem et aurum], et haec phantasia componit et format sibi speciem montis aurei. Species insensatae dicuntur quae repraesentant

productae *P.* 89 activus *SL,* activas (!) *P.* 89 specierum *SL,* speciei *P.* 89 ab *SL, om. P.* 90 quam species *SL,* specie *P.* 90 illius *add.* cum denominatio a perfectiori desumatur (III 9, 4) *L.* 91 Neque *SL,* nec *P.* 91-4 propter... imperfectior *S,* talis enim subtilitas ad exilitatem potius entitatis, quam ad immaterialitatem, spiritualitatemve refertur, cum non minus materiae adhaerescat, ab ipsaque educatur, quam realitas sui objecti. (Ib.) *L.* 93 tantum *P, om. S.* 96 suae *P, om. S.* 97 sui *PL, om. S.* 97 perfectionem *PL,* product^{em} [= productionem] *S.* 98 producit *S,* agit *PL.* 99 tantum *PL, om. S.* 106 supra *P, om. SL.* 107 haec *SPL, om. V.*

7 108 Pro quo *S,* ad cuius rei expositionem *P.* 109 est *P, om. S.* 109 tres *P,* triplices *S.* 112 exterioribus *S,* externis *PL.* 112 Petri *S,* montis *P,* parietis *L.* 115-7 species (speciem *P*)... aurum *P, om. S.*

[51] *Cfr. supra,* n. 4 [52] *Cfr. supra not.* 44

bién el calor, que produce calor y especies sensibles, adquiere el título de activo, no por la producción de las especies, sino por la acción calorífica; luego es señal de que el calor es más perfecto que su especie. Y no representa obstáculo la mayor sutileza de la especie —en atención a la cual recibe, en cierto modo, el apelativo de inmaterial—, porque tal sutileza no pasa de ser un cierto modo de la entidad, con el cual es compatible la mayor imperfección de dicha entidad en su rango.

Una dificultad. La acción de todo agente tiene como destino o la producción de lo semejante a sí mismo o la conservación de su especie o la perfección de sí propio. Ahora bien, el calor, v.g. en la producción de la especie ni se perfecciona a sí mismo, ni conserva la especie. Luego no la produce. Respuesta: Niego la mayor. Muchos agentes tienen como única finalidad su autocomunicación y perfeccionamiento de los otros. Ejemplo: el sol ilumina y con esa acción ni se perfecciona a sí propio, ni se conserva, sino que perfecciona a los otros con su autocomunicación. Del mismo modo, el calor produce también su especie, para, en alguna medida, autocomunicarse y perfeccionar el sentido. Y como es privativo de las sustancias separadas y de los seres incorruptibles este modo de acción, quizá por ello dijo Santo Tomás que estos sensibles se asemejan en esa acción a las sustancias separadas, y no porque reciban de ellas, participada, virtud alguna, como parece interpretar Tomás de Vio en el texto anterior. Hasta aquí, los sentidos externos.

7 Y en este momento se pasa al tema del sentido interno. En el cual es precisa una observación: Hay quienes distinguen en el sentido interno tres tipos de especies, concretamente, las especies sentidas, las compuestas de especies sentidas y las especies no sentidas. Se denominan especies sentidas las que representan los objetos de la misma manera que vienen representados en los sentidos externos. Ejemplo, la especie de Pedro que se recibe en la imaginación. Se denominan compuestas de especies sentidas, las que representan un objeto compuesto de numerosos objetos simples sentidos. Ejemplo: cuando la imaginación crea la ficción de un monte de oro, su especie no ha estado previamente en el sentido externo. La vista, efectivamente, nunca ha visto un monte de oro; ha visto un monte y el oro y la fantasía compone y forma para sí la especie de monte de oro. Se denominan especies no sentidas las que representan un objeto conocido por los sentidos externos, pero

rem sensibus externis cognitam, tamen sub quadam alia ratione sensibus externis ignota, ut quando ovis apprehendit lupum ut inimicum, species repraesentans lupum sub illa ratione dicitur insensata.

8 Hac supposita distinctione, quae communis est, licet forte non vera, de speciebus sensatis, quas certum est dari, aiunt quidam illas produci ab speciebus existentibus in sensibus exterioribus, seu ab obiecto [extrinseco], media illa specie, ut Petrus visus / producit speciem sui *P226* in visu, et illa mediante, producit similem in phantasia. Haec opinio non aliter probatur, nisi quia haec est sufficiens et facilis causa illarum specierum, nec videtur alia necessaria, immo neque possibilis.

9 Tamen haec sententia habet [has] difficultates:

1.° Quod species imaginativae est multo perfectior quam species visus.

Quod patet, tum ex perfectione maiori potentiae, in qua recipitur, tum ex actu cognitionis, ad quem efficiendum ordinatur, quod etiam est perfectior; ergo et species est perfectior; ergo non potest effici / ab imperfectiori. *S143*

2.° arguitur, et suppono sensum interiorem esse in cerebro; tunc [sic]: Si species oculi efficit similem speciem in cerebro, vel efficit immediate in cerebrum, quod est distans, vel mediis omnibus viis quae sunt inter cerebrum et oculum. Hoc secundum non videtur dicendum, quia illae viae non sunt illuminatae, nec diaphanae, ut per illas transeat species coloris. [Et de tactu etiam esset speciale argumentum, nam cum manus calefit, si species caloris] [transiret] ad cerebrum per omnes partes medias, omnes [illae] sentirent calorem, quia omnes habent sensum tactus. Quod est contra experientiam. Si vero dicatur primum, scilicet non esse necessarium agere per omnia media, sed posse immediate agere in potentiam subordinatam, quamvis distantem,

---

8 125 extrinseco *PL, om. S.* 125-6 ut... phantasia *SP, om. L.* 128 nec... possibilis *SP, om. L.*

9 129 Tamen *SL,* tandem *P.* 129 has *P,* duas *S, om. L.* 130 Quod *SL,* quia *P.* 133 efficiendum *SP, om. L.* 134 ergo... perfectior *SP, om. L.* 135 143] 141 *S.* 135 imperfectiori *add.* tamquam a totali principio immediato (III 9, 6) *L.* 137 sic *P, om. S.* 138 distans *add.* eo quod sit satis interiorem sensum, atque exteriorem in eadem anima radicari, quamvis in disiunctis organis resideant. (Ib.) *L.* 140 illas *S,* eas *P.* 140 transeat *S,* traseant *P.* 141-2 Et de... caloris *P, om. S.* 142 transiret *PL,* transirent *S.* 143 illae *PL, om. S.* 144 Quod... experientiam *SP, om. L.* 144 primum *add.* [non est posibile] quia illa duarum facultatum in eadem anima radicatio concludit solum per modum cuiusdam sympathiae, quatenus operante [operantes (!) *V*] una facultate anima inde excitatur ad operandum per aliam; cessat autem haec ratio, si externus sensus recipiat tantum ab externo sensibili speciem, neque sensationem eliciat. (Ib.) *L.* 144-54 scilicet... illas *SP, om. L.* 146 quam-

bajo una cierta dimensión desconocida para los sentidos externos. Ejemplo: cuando la oveja aprehende como enemigo al lobo, la especie que representa al lobo bajo esa dimensión se denomina no sentida.

8 Supuesta esta distinción, generalmente aceptada, aunque quizá no sea verdadera, las especies sentidas, que constituyen un dato cierto, son producidas según algunos autores por las especies existentes en los sentidos externos, o bien por el objeto extrínseco, con mediación de aquella especie. Ejemplo: Pedro, que es visto, produce en la vista una especie de sí y mediante ella produce en la fantasía una semejante. La prueba de esta opinión radica únicamente en que la explicación causal de dichas especies resulta suficiente y cómoda, y no existe, al parecer, necesidad, más aun, ni siquiera posibilidad de otra.

9 Con todo, esta teoría posee las siguientes dificultades:

Primera. La especie de la imaginación es mucho más perfecta que la especie de la vista.

Hecho que tiene evidentemente su causa tanto en la mayor perfección de la facultad receptiva, cuanto en el acto de conocimiento, a cuya producción se ordena, que también es más perfecto; luego también es más perfecta la especie; luego no puede ser producida por lo más imperfecto.

Segunda. Un razonamiento —y doy por supuesto que el sentido interno reside en el cerebro— en esa hipótesis es el siguiente: Si la especie del ojo produce una especie semejante en el cerebro o la produce en el cerebro, que está distante, inmediatamente o mediante todos los conductos que se hallan entre el cerebro y el ojo. No parece viable esta segunda hipótesis, porque dichos conductos no están iluminados ni son transparentes para que transite por ellos la especie del color. Y tratándose del tacto, el argumento gozaría también de especial significación: en efecto, cuando se caliente la mano, todas las zonas intermedias por donde transitara la especie del calor hacia el cerebro sentirían calor, porque poseen todas sentido del tacto. Lo cual está en contra de la experiencia. Si se acepta la primera hipótesis, es decir, que no es necesario actuar a través de todos los medios, sino que, al contrario, es posible la acción inmediata sobre la facultad, aunque se halle distante.

1.° Hoc est contra Aristotelem asserentem universaliter, [*7 Physicorum*], [53] quod movens et motum debent esse simul.

2.° Quamvis haec simultas non requiratur, tamen quando inter agens et patiens est medium capax actionis agentis, non potest agere in ultimum passum, <quin> agat in medium, si sit agens naturale et absint impedimenta; ergo cum calor efficit species suas in manu, non potest similes efficere in cerebro, quin faciat illas [in] omnibus partibus mediis, quia [omnes] illae sunt capaces ad recipiendas illas. /

P226v

3.° arguitur. Nam si species sensus exterioris causaret speciem in interiori sensu, sequeretur quod quandocumque sensus exterior recipit species, easdem reciperet sensus interior. Consequens est falsum; [ergo]. Sequela patet, quia illa actio est naturalis, [et] ideo posito principio agendi et passo, statim sequitur actio; sed; [ergo]. Probatur minor, nam licet sensus exterior immutetur, si per species receptas non cognoscit, interior sensus non immutabitur, ut patet in eo qui patitur [apoplexiam⌋ vel [deliquium⌋ animae vel ⌊extasim⌋, nam licet habeat oculos aptos non videt, et tunc oculus recipit species ab obiecto; interior tamen sensus non recipit illas, nam si reciperet conservaret illas, et posset postea recordari eorum ⌊quae⌋ passus est. Quod non facit, ut experientia ⌊monstrat⌋. Unde constat quod interior sensus numquam recipit species, nisi prius exterior cognoscat. Unde, *De memoria et reminiscentia, cap. 1,* [54] ait Aristoteles quod qui meminit recordatur se illud cognovisse.

D i c e s forte cognitionem externi sensus esse conditionem necessariam, ut species in illo existens producat sibi similem in sensu interiori. S e d c o n t r a. Nam vel est necessaria ut partiale agens —et sic iam non species sola est quae efficit—, vel tantum requiritur ut conditio necessaria— et hoc gratis dictum videtur—, nam quid activitatis additur speciei ratione actus [cognitionis], vel ad quid requiritur illa conditio? Si vero d i c a s quod species sensus exterioris non producit aliam interiorem, nisi ipse sensus attendat et vitaliter illam recipiat —quod in casibus argumenti non contingit—, c o n t r a hoc est, nam vel illa attentio est necessaria, ut ipse sensus aliquid agat ad productio-

---

vis *S,* licet *P.* 148 7 Physicorum *P, om. S.* 151 quin] quam *S,* quando *P.* 151 si *om. P.* 152 cum *add.* tactus *P.* 153 ² in *P, om. S.* 154 omnes *P, om. S.* 154 ad... illas *S,* illarum *P.* 156 in... sensu *S,* interioris sensus *PL.* 158 ergo *PL, om. S.* 159 actio *om. PL.* 159-60 Probatur minor *SL,* probo minorem *P.* 160 immutetur *S,* recipiat species *P.* 160 species receptas *S,* illas *P.* 165 quae *P,* qui (!) *S.* 166 monstrat *P,* constat (!) *S.* 168 Aristoteles *S,* Philosophus *PL.* 169 cognovisse *S,* percepisse *PL.* 170 cognitionem *add.* vel attentionem (III 9, 6) *L.* 171 sibi *iter. S.* 172-83 Sed... patet *S,* Hoc enim merum videtur effugium, praeterquam quod vitalis attentio requiri jure potest ut potentia per speciem operetur: ut autem speciem patiatur, nequaquam requiritur, ut in externis sensibus videre licet (III 9, 6) *L.* 175 cognitionis *P, om. S.*

---

[53] *Cfr. Phys.* H 2: 243 a 3 sqq. 13 sqq.

[54] 449 b 22 sq.

Primero. La afirmación está en contra del aserto universal de Aristóteles en *7 Physicorum*, según el cual motor y movido exigen simultaneidad.

Segundo. Aunque no se exigiera esa simultaneidad, sin embargo, cuando existe entre el agente y paciente un medio capaz de recibir la acción del agente, no es posible actuar sobre el último afectado pasivamente sin actuar sobre el medio, si el agente es natural y no existen impedimentos; luego cuando el calor produce sus especies en la mano no puede producir en el cerebro las semejantes sin originarlas en todas las zonas intermedias, por ser todas ellas capaces de recibirlas.

Tercer argumento: Si la especie del sentido externo determinara la especie en el interno, el resultado sería que el sentido interno, siempre que el externo recibe las especies, las recibiría también. El consecuente es falso; luego... Es evidente la consecuencia, porque, tratándose de una acción natural, puestos el principio de actuación y el sujeto paciente, la acción es un resultado inmediato. Ahora bien... Luego... Prueba de la menor. Aunque el sentido externo sea estimulado, no será estimulado el sentido interno, si el externo no llega a conocer mediante las especies recibidas. Ejemplos evidentes: quien padece apoplejía o desvanecimiento de espíritu o éxtasis no ve por más perfectamente dispuestos que tenga sus ojos; y en ese momento el ojo está recibiendo del objeto las especies; no obstante, el sentido interno no las recibe, porque, de recibirlas, las conservaría y podría posteriormente recordar las cosas que le han afectado. Y no lo hace, como muestra la experiencia. De donde resulta meridiano que el sentido interno jamás recibe especies si el externo previamente no conoce. De donde Aristóteles, en *De memoria et reminiscentia, cap. 1,* afirma que quien rememora recuerda haber conocido.

Objeción: Quizá el conocimiento del sentido externo es condición necesaria para que la especie, que en él reside, produzca una semejante a sí misma en el sentido interno. Mas tiene ello su dificultad. En efecto, o es necesario como agente parcial —y en ese caso ya no es la especie sola quien la produce— o se requiere únicamente como condición necesaria —y esa parece una afirmación gratuita—; ¿qué componente de actividad, efectivamente, se añade a la especie en razón del acto de conocimiento o para qué se requiere tal condición? Réplica: La especie del sentido externo únicamente produce otra interior a condición de que el propio sentido preste atención y la reciba vitalmente —lo cual no acontece en los casos del argumento—. Aquí está la dificultad: en efecto, o dicha atención es necesaria para que el propio sentido realice alguna acción en orden a la producción de la especie —y en esa circunstancia la acción no es ya de la especie sola— o se

nem speciei —et sic iam non sola species est quae agit—, vel tantum requiritur ut materialis dispositio potentiae —et hoc dici non / potest, *S143v* nam licet attentio vitalis sit necessaria ad operandum per species, non tamen ad recipiendum species, ut in sensibus exterioribus [hoc] patet.

10 S e c u n d a c o n c l u s i o sit tantum probabilis, quia in re adeo obscura nihil potest / definiri certum: Species sensata sensus interioris *P227* non fit ab obiecto extrinseco media specie, sed a sensu exteriori medio actu cognitionis suae.

P r i m a p a r s conclusionis probatur argumentis factis.[55]

Ad intelligendam vero p a r t e m s e c u n d a m oportet resumere ex *disputatione* praecedenti[56] quod per actionem cognoscendi producitur quidam intrinsecus terminus illius, qui est qualitas repraesentativa rei in actu secundo; per hanc ergo qualitatem, quam sensus exterior in se ipso format, potest probabiliter credi produci in sensu interiori speciem quamdam repraesentativam eiusdem obiecti, idque propter coordinationem et unionem quam istae duae potentiae habent in eadem anima.

Quod probatur.

1.° Quia sensus interior non recipit species, nisi exteriori sensu actu cognoscente; ergo signum est quod recipit illas a sensu externo mediante illo actu.

2.° Nam talis est species producta in imaginativa, qualis est externa sensatio, nam quanto sensus exterior vehementius attendit, et plura per species cognoscit, tanto imprimitur vehementius species in sensu interiori ; ergo signum est quod ratio efficiendi speciem in sensu interno est per se exterior sensatio.

3.° Quia non apparet alia commodior causa [productiva] istarum specierum.

---

181 potentiae *S*, patientis *P*, *om. L.* 182 per *S*, pp [= propter] *P.* 183 hoc *P*, *om. S.*

10 184 Secunda *S*, *praem.* Unde *PL.* 185 certum *add. in marg. a. m.* Ita Fonseca, *1 Metaphysicae, c. 2, q. 3, sect. 8, p. 1, tx. 2.* [o. c., t. 1, col. 201 D] *S.* 188 pars conclusionis *om. P.* 197 probatur *S*, persuadetur *P*, suadetur *L.* 200 mediante *add.* illa qualitate seu... (III 9, 7) *L.* 200-1 illo... 2.° *SP*, actu secundo (!) *L.* 201 in imaginativa *S*, in sensu interiori *PL.* 202-4 nam... interiori *SP*, ac eo recipit meliores, quo ipse exterior melius, et exactius operatur (Ib.) *L.* 203 vehementius *S*, vehementes *P.* 204-5 ergo... sensatio *SP*, *om. L.* 205 per se *S*, ipsa *P.* 205 exterior *S*, externa *P.* 206 3.° *SP*, secundo (!) (Ib.) *L.* (*Cfr. supra,* lin. 201) 206 productiva *PL*, *om. S.* 207 specierum *add.* de quibus loquimur: ergo illa credenda est, quam assignamus (Ib.) *L.*

---

[55] *Cfr. supra,* nn. 8 sqq.

[56] d. 5, q. 5 (1.ª concl.), nn. 4 sqq.

requiere únicamente como disposición material de la facultad —y esta afirmación es imposible: en efecto, aunque la atención vital sea necesaria para operar mediante especies, no lo es para recibir especies, como resulta evidente en los sentidos externos.

10 Segunda tesis. Solamente probable, porque en asunto tan obscuro no es posible solución alguna cierta: La especie sentida del sentido interno no la produce el objeto exterior mediante una especie, sino el sentido externo mediante su acto cognoscitivo.

La prueba de la primera parte de la tesis está en los argumentos propuestos.

Para la comprensión de la segunda parte es conveniente retomar de la disputa anterior la tesis de que mediante la acción cognoscitiva se produce cierto término intrínseco de la misma, que es una cualidad que representa el objeto en acto segundo; es por tanto probablemente verosímil que mediante esta cualidad que el sentido externo forma en sí propio se produzca en el sentido interno cierta especie que representa el mismo objeto. Y ello en virtud de la coordinación y unión que poseen esas dos facultades en una misma alma.

Prueba.

Primero. El sentido interno no recibe especies, si no existe acto cognoscitivo del sentido externo; luego es señal de que, mediante ese acto, las recibe del sentido externo.

Segundo. La especie producida en la imaginación posee las mismas características que la sensación externa: cuanto más intensa es la atención del sentido externo y más rico su conocimiento a través de las especies, tanto más intensa es la impresión de las especies en el sentido interno; luego es señal de que la sensación externa es la razón de ser de la producción de la especie en el sentido interno.

Tercero. No aparece como factor de tales especies otra causa más satisfactoria.

11 Et hinc colligitur.

1.° Quod species interiores sunt distinctae speciei ab speciebus exterioribus.

Probatur [ex dictis]. Quia si essent eiusdem speciei, posset una causare aliam, et obiectum causans unam posset causare aliam; sed non potest; ergo.

Item, est aliud signum, nam species exterior pendet in fieri et esse ab obiecto suo, aliae vero non; ergo signum est specie differre.

Item, ratio supra[57] facta urget probabiliter, nam species debet proportionari potentiae, et potentia perfectior debet uti perfectioribus speciebus. /

2.° sequitur quod illae species interiores differunt specie a sensationibus *P227v* exterioribus, quoniam actus vitalis et species constituens potentiam in actu primo sunt diversi ordinis speciei.

Item, sensatio externa pendet in fieri et esse a sua potentia, et illam constituit in actu secundo; species vero interior nihil horum habet.

12 Sed dices: Si haec differunt [specie, ergo] species interior erit perfectioris speciei quam sensatio exterior, quia [est] actus nobilioris potentiae; ergo non potest produci ab illa.—Respondetur negando primam sequelam, nam comparatio non recte fit; comparando ergo actum primum unius potentiae ad actum primum alterius, ⌊ille⌋ est perfectior, ⌊qui⌋ est perfectioris potentiae; et idem est comparando actus secundos inter se. Tamen comparando actum secundum potentiae minus perfectae ad actum primum potentiae perfectioris, ille erit perfectior, quia ex suo genere est in altiori gradu actus constitutus.

Sed rursus / argues: Nam si est perfectior sensatio externa *S144* ⌊quam⌋ species interior, ergo dependebit species interior in conservari a sensatione, nam quandocumque effectus est imperfecta participatio suae causae, pendet in conservari ab illa.

---

11 208 Et *om. P.* 209 interiores *S,* interioris sensus *P.* 210 exterioribus *S,* exteriorum sensuum *P.* 211 ex dictis *PL, om. S.* 212-3 et... aliam (causare *S,* efficere *P*) *SP, om. L.* 215 aliae vero *S,* species vero interior *P.* 215 non *add.* pendet *P.* 215-6 ergo... differre *SP, om. L.* 220 sequitur *SL,* colligitur *P.* 221 exterioribus *add.* idque a fortiori (III 9, 8) *L.* 221 vitalis *SL,* vitales *P.*

12 226 specie ergo *P, om. S.* 227 est *PL, om. S.* 228 ab illa *S,* a sensatione externa *P.* 229 non recte fit *S,* ut teneat debet recte fieri *P.* 230 ²primum *S,* proximum *P.* 230 ille *P,* illa (!) *S.* 231 qui *PL,* quia *S.* 235 144] 142 *S.* 236 quam (III 9, 9) *L,* que (!) *S, om. P.* 236 quam... interior (interna *L*) *SL,* specie interiori *P.* 236 dependebit *SL,* dependet *P.*

---

[57] *Cfr. supra*: Item, est aliud signum, lín. 214

11 Corolarios.

Primero. Las especies internas son específicamente distintas de las especies externas.

Prueba: Si fuesen específicamente iguales, la una podría originar la otra, y el objeto que origina la una podría originar la otra; mas no puede; luego...

Asimismo, existe otra señal: La especie externa depende de su objeto en su producción y en su ser, no así las otras; luego es señal de que difieren específicamente.

Asimismo, la explicación anteriormente propuesta posee probablemente fuerza, dado que la especie debe ajustarse a la facultad, y una facultad más perfecta debe gozar de especies más perfectas.

Segundo. Una consecuencia: Las especies internas difieren específicamente de las sensaciones externas, puesto que el acto vital y la especie que constituye a la facultad en acto primero se inscriben en una categoría específicamente diversa.

Asimismo, la sensación externa depende de su facultad en la producción y en el ser y la constituye en acto segundo; en cambio la especie interna carece de estos atributos.

12 Objeción: Si difieren específicamente, la especie interna será específicamente más perfecta que la sensación externa, por ser acto de una facultad más noble; luego no puede ser producida por ella. Respuesta: se niega la primera conclusión, por ser incorrecta la comparación; comparando el acto primero de una facultad con el acto primero de otra, es más perfecto el que corresponde a una facultad más perfecta; y lo mismo acontece cuando se comparan actos segundos entre sí. Pero cuando se compara el acto segundo de una facultad menos perfecta con el acto primero de una facultad más perfecta, será más perfecto aquél, por hallarse instalado, según su género de acto, en un rango más elevado.

Se insiste en la objeción: Si la sensación externa es más perfecta que la especie interna, la especie interna dependerá lógicamente de la sensación en su conservación, pues siempre que el efecto es participación imperfecta de su causa, de ella depende en su conservación.

Ad hoc responsum est *2 Physicorum, q. 5 De causis, div.e 4,* quod illa dependentia saepe provenit magis ex natura formae et subiecti quam ex causalitate.

Item, species exterior pendet ab obiecto, quia producitur ut quaedam imperfecta participatio illius; at vero sensatio externa producit in sensu interiori speciem tamquam imprimens illi perfectam sui similitudinem, quam sensus interior secundum naturalem suam dispositionem potest optime conservare.

13 Tertia conclusio sit: Probabile est huiusmodi species interiores resultare in interiori sensu propria vi et activitate illius, et non per efficientiam / alicuius extrinseci. *P228*

Hanc conclusionem explicabimus latius infra, *d. 9, q. 2,*[58] agentes de speciebus intelligibilibus. Pro nunc sic declaratur: Sensus interior et exterior in eadem anima radicantur, unde eadem est anima quae videt per visum, et per imaginationem imaginatur; est ergo haec naturalis consensio inter has potentias, quod eo ipso quod anima aliquid visu percipit, statim format similitudinem illius rei in imaginatione sua, non <mediante> potentia ab imaginatione distincta, sed per virtutem eiusdem imaginationis, ita ut posita sensatione extrinseca, naturaliter resultet species in interiori sensu, non ex activitate sensationis, sed ex activitate ipsius animae per imaginationem, ad praesentiam tamen rei sensatae. Et ideo imaginatio non semper efficit illas species, quia indiget anima praevia aliqua cognitione obiecti, ut possit intra se formare aliquam similitudinem [illius].

Haec conclusio prae se non fert aliquam absurditatem, et redditur probabilis, quia numquam satis rationi consonat quod sensatio exterior possit efficere speciem in interiori, quia actio cognoscitiva non est productiva alterius qualitatis distinctae a se; et id specialiter tribuere sensationi externae videtur gratis assertum.

---

244 tamquam *SL,* ut *P.* 245 interior *SL,* internus *P.* 245 suam *SL,* sui *P.* 246 optime *SL,* bene *P.*

13 247 sit *SL, om. P.* 247-8 interiores *SL,* internae *P.* 248 interiori *SL,* interno *P.* 248 vi et activitate *S,* efficientia (III 9, 10) *L.* 248 et activitate *om. P.* 248-9 et non... extrinseci *SP, om. L.* 250 conclusionem *SL, om. P.* 250 explicabimus *S,* exponemus *P,* probabimus (Ib.) *L.* 251 sic *om. P.* 251-2 interior et exterior *S,* internus et externus *P.* 252 radicantur *S,* radicatur *P.* 254 ipso *SL, om. P.* 255 visu percipit *S,* vidit *P.* 255 rei *om. P.* 255 imaginatione *S,* imagine (!) *P.* 256 mediante] mediate *S,* media *P.* 256 imaginatione *S,* imagine (!) *P.* 258 resultet *S,* resultat *P.* 258 interiori *S,* interno *P.* 259 ipsius *om. P.* 260-1 quia... anima *om. P.* [*laguna de transcripción*]. 261 aliqua *SL, om. P.* 261-2 ut... illius *SP, om. L.* 261 possit *S,* posset *P.* 261 intra se *om. P.* 261-2 aliquam *om. P.* 262 illius *P, om. S, add.* intrinseci *P.* 263 Haec conclusio *SL,* hic dicendi modus *P.* 263 fert... absurditatem *S,* est absurdus *P.* 265 in interiori *S,* interiorem *PL.* 266 productiva *SL,* producta (!) *P.* 267 sensationi *SL,* sensatio (!) *P.* 267 videtur... assertum *S,* gratis dicitur *P.*

---

[58] 2.ª concl.

La respuesta dada en *2 Physicorum, q. 5 D causis, div*ᵉ. *4*, es ésta: tal dependencia proviene frecuentemente más de la naturaleza de la forma y del sujeto que de la causalidad.

Asimismo, la especie externa depende del objeto, porque se produce como una participación imperfecta del mismo; pero la sensación externa, en cambio, produce la especie en el sentido interno como quien imprime en él una perfecta imagen de sí misma, que el sentido interno puede conservar muy bien de acuerdo con su disposición natural.

13 Tercera tesis: Probablemente las especies internas en cuestión surgen en el sentido interno como resultado de la eficacia y actividad propias del mismo y no como efecto de un elemento exterior.

La tesis gozará de un desarrollo posterior más amplio, *d. 9, q. 2*, en el tema de las especies inteligibles. Su interpretación de momento tiene esta significación: Los sentidos interno y externo están radicados en la misma alma; luego es una misma el alma que ve por la vista y que imagina por la imaginación; en esta armonía natural entre las facultades está por tanto la explicación de que el alma, al punto de percibir algo por la vista, forme inmediatamente en su imaginación una semejanza de aquel objeto, no mediante una facultad distinta de la imaginación, sino por virtud de la misma imaginación; de suerte que dada la sensación externa, surge la especie en el sentido interno, como resultado natural, no por la actividad de la sensación, sino por la actividad justamente del alma, que se vale de la imaginación, si bien ante la presencia del objeto sentido. Por ello precisamente no siempre la imaginación produce dichas especies, pues el alma necesita de algún conocimiento previo del objeto para poder formar dentro de sí alguna semejanza de aquella realidad interior.

Esta tesis no conlleva ningún tipo de absurdo y goza de probabilidad, porque nunca acaba de estar suficientemente de acuerdo con la lógica la posibilidad de que la sensación externa origine una especie en la interna; razón: la acción cognoscitiva no produce otra cualidad distinta de sí misma; y atribuir tal producción de manera especial a la sensación externa parece un aserto gratuito.

Item, quia non redditur sufficiens ratio, quare species interior non [pendeat] in conservari a sensatione externa, si est imperfectior [effectus].

Denique, quia multae aliae consensiones similis <nominis> reperiuntur in potentiis vitalibus radicatis in eadem anima, nam una operante, statim [alia] operatur, et non alias; ergo similiter, et caetera.

Item, hic modus consonat cum dicendis infra [59] de intellectu, et ideo placet plurimum, quamvis alius positus in secunda conclusione [60] non sit improbabilis.

14 / Ex his constat, quid dicendum sit de speciebus compositis P228v
ex sensatis. [Ad cuius intelligentiam] nota quod / in imaginatione S144v
nostra praeter simplicem cognitionem sensibilium, est alia operatio qua ipsa sensibilia componit, ut quando ex cognitione montis et auri ipsa fingit montem aureum. De qua cognitione est difficultas, an fiat per duas species, montis scilicet et auri, an per unam tantum repraesentantem montem aureum.

D. Thomas, locis citatis *disputatione* praecedenti, *q. 5,* [61] videtur affirmare hoc secundum. Quod sic expositum videtur probabile, [scilicet] quod quando primo imaginatio [per] species diversorum sensibilium cognoscit quid compositum ex illis, tunc in primo actu utatur pluribus speciebus, tamen quia utitur illis per modum unius, elicit unum actum repraesentativum montis aurei, v.g.; tunc vero ex vi illius actus resultat in potentia species quaedam simplex repraesentans in actu primo montem aureum.

Quod ita esse ex duobus credi potest probabiliter.

1.° Quia cum per primum actum numquam anima cognoverit montem aureum, nec per sensum exteriorem, nec per interiorem,

268 non *SL, om.* (!) *P.* 268-9 interior *SL,* interna *P.* 269 pendeat *PL,* pendet *S.* 270 effectus *PL, om. S.* 271 similis *S,* similes *P.* 271-2 nominis] hominis (!) *S, om. P.* 272 radicatis *S,* radicante *P.* 272 nam *SL,* quia *P.* 273 statim *SP, om. L.* 273 alia *PL, om. S.* 273-4 et caetera *om. P,* in praesenti (III 9, 10) *L.* 276 plurimum *S,* magis (Ib.) *L, om. P.*

14 278 his *SL,* quibus *P.* 278 constat *SL,* patet *P.* 279 Ad... intelligentiam *P, om. S.* 279 nota *S,* est notandum *P.* 280 nostra *om. P.* 283 unam *S,* unicam *PL.* 285 locis... q. 5 *SP,* locis citandis infra in cap. 18 (!) (III 9, 11) *L.* 285 disputatione praecedenti *S,* disputationis praecedentis *P.* 286 affirmare *SL,* dicere *P.* 286-92 Quod... aureum *SP,* (quod probabile fiet si exponatur), non quidem de primo actu, quem certe simplices tantum species antecesserant, ac per modum unius ad ipsum eliciendum concurrerunt, sed de reliquis in posterum ob relictam iam ex priori illo actu unicam speciem (III 9, 11) *L.* 286-7 scilicet *P, om. S.* 287 per *P, om. S.* 288 quid *S,* unum sensibile *P.* 290 aurei v. g. *om. P.* 292 aureum *S,* areum *P.* 293-301 Quod... 2.° *SP, om. L.* 294 per *om. P.*

[59] d. 9, q. 2 (2.ª concl.) [60] *Cfr. supra,* n. 10 [61] nn. 20.27

Asimismo, no se da cuenta suficientemente de por qué la especie interna no depende de la sensación externa en su conservación, si se trata de un efecto de mayor imperfección.

Finalmente, otros numerosos casos de armonía, semejantes a éste, se encuentran en las facultades vitales radicadas en la misma alma, puesto que cuando una opera, opera inmediatamente otra y no acontece de otro modo; luego parejamente, etc.

Asimismo, este mecanismo va de acuerdo con el estudio posterior sobre el entendimiento, y por ello me satisface extraordinariamente; si bien el mecanismo indicado en la segunda tesis no es improbable.

14 Estas tesis constituyen un criterio evidente para el tema de las especies compuestas de especies sentidas. Una advertencia para su comprensión: en nuestra imaginación existe, al margen del conocimiento simple de objetos sensibles, otra operación con la que justamente realiza una síntesis de objetos sensibles; ejemplo: la imaginación crea el monte de oro a partir del conocimiento del monte y del oro. Tal conocimiento presenta la dificultad de si se realiza por medio de dos especies, la del monte y la del oro, o por medio de una sola, que representa el monte de oro.

Santo Tomás, en los pasajes citados en la disputa anterior, *q. 5* hace, al parecer, esta segunda afirmación. Opinión que tiene visos de probable, si se expone de esta manera: cuando la imaginación en un primer momento conoce mediante especies de diversos objetos sensibles una figura sintetizada a partir de las mismas, se vale entonces, en ese primer acto, de varias especies; pero como se vale de ellas como de una estructura unitaria, alumbra un solo acto que representa el monte de oro, por ejemplo; pero entonces surge en la facultad, como resultado de ese acto, una especie simple, que representa, en acto primo, el monte de oro.

Explicación cuya verosimilitud puede probablemente estribar en dos razones.

Primera. Como el alma nunca conoce por el primer acto el monte de oro —ni por el sentido externo, ni por el interno—, no hay fuente de donde reciba la especie del mismo. Y por ello se impone, al

non est unde habeat speciem illius. Et ideo necessario videtur dicendum quod illum cognoscit per duas species; at vero postquam semel iam cognovit unico actu montem aureum, ex vi illius potest manere in potentia species aliqua habitualiter repraesentans illum, iuxta dicta in secunda et tertia conclusione.[62]

2.° Hoc confirmat experientia, nam si quis numquam cognovit montem aureum, ut possit illum ⌊fingere⌋, prius debet concipere singulas partes. Quod signum est quod in ea compositione utitur speciebus utriusque partis; at vero postquam iam semel illum formavit, facile postea sine nova compositione imaginatur illum; ergo signum est fuisse relictam in potentia speciem repraesentantem illum.

15 Circa species insensatas est notandum quod res exterior dupliciter cognoscitur ab interiori sensu: uno modo sub extrinseca illa / ratione quae [ex] sensibus exterioribus [illi] obicitur; *P229* alio modo sub alia magis abscondita ratione, ut quando lupus cognoscitur sub ratione inimici. Ex hac ergo duplici cognitione duplex communiter ponitur species in interiori sensu, sensata scilicet et insensata. Et quod ad repraesentandas duas has ⌊rationes⌋ sint necessariae species distinctae patet, tum ex diversitate rationum quae repraesentantur, tum quia stat repraesentare unam ⌊rationem⌋ non repraesentando aliam, ut lupus habet speciem alterius lupi repraesentantem illum tantum sub ratione lupi, ovis vero praeter eam speciem habet aliam quae repraesentat sub ratione inimici; sunt ergo species distinctae. Quod si verum est has species insensatas dari, illae non possunt fieri ab obiecto, ut ex dictis[63] constat. Et ideo necessario dicendum est fieri ab aliqua / potentia interiori, media cognitione rei sensatae, in *S145* qua fundatur illa ratio superior non sensata, ut ovis per speciem sensatam lupi cognoscit lupum ut sic. Et inde resultat in eadem vel in alia potentia species quaedam repraesentans illum sub ratione inimici. Et sic formatur illa species.

---

297 semel *S*, simul *P*. 302 fingere *P*, refugere *S*. 303 partes *add.* cum quadam successione (Ib.) *L*. 304 semel *S*, simul *P*.

15 308 ab *S*, a *P*. 309 ex *P*, *om. SL*. 309 illi *P*, *om. SL*. 310-11 ut... inimici *SP*, *om. L*. 313 rationes *PL*, actiones *S*. 315 rationem *P*, actionem *S*. 319 illae *S*, illi *P*. 320 *add. in margine a. m.*: Quidam ait quod Deus tamquam auctor [Author *S*] naturae, conservationi rerum providens, simul cum specibus sensatis producit ipse in ove speciem insensatam repraesentantem lupum sub ratione inimici. De probabilitate huius sententiae vide dictum [?] codicem [*Cfr. infra,* d. 5, q. 5, lin. 73. 92]. Et nota quod si Deus tales infunderet species, ut auctor [Author *S*] naturae, quotiescumque et quomodocumque, etiam variato colore et figura, ovis videret lupum, semper eas infunderet; at... (?) dicit [d. *S*] quod [q. *S*] si alius veniat pelle indutus, ovis non fugeret; ergo *S*. 323 inde *S*, sic *P*. 323 resultat *add.* propter naturarum contrarietatem (III 9, 12) *L*. 323 ²in *om. P*. 324 inimici *add.* quae in alio lupo non resultabit, cum dictam contrarietatem non habeant. (Ib.) *L*.

---

[62] nn. 10-13

[63] *Cfr. supra* (2.ª concl.), n. 10

parecer, necesariamente la afirmación de que lo conoce mediante dos especies; pero después de haber ya conocido por una vez el monte de oro en un acto único, es posible que, en virtud de ese acto, se conserve habitualmente en la facultad una especie que lo represente, a tenor de lo dicho en la tesis segunda y tercera.

Segunda. Lo confirma la experiencia: En efecto, si alguien no ha conocido nunca un monte de oro, debe previamente, para poder imaginarlo, concebir cada uno de sus elementos constitutivos. Ello es señal de que en esa síntesis se vale de especies de uno y otro elemento; pero una vez que ya lo ha configurado, lo imagina después fácilmente sin necesidad de una nueva síntesis; luego es señal de que la especie que lo representa ha quedado depositada en la facultad.

15 Una observación en torno a las especies no sentidas: Es doble el modo como el sentido interno conoce el objeto exterior: un modo, bajo la dimensión extrínseca que se le ofrece desde los sentidos externos; otro, bajo una segunda dimensión más oculta: caso del lobo que es conocido bajo la dimensión de enemigo. A partir de este doble conocimiento se admite comúnmente una doble especie en el sentido interno: la sentida y la no sentida. Es evidente que son necesarias especies distintas para representar estas dos dimensiones: de un lado, por la diversidad de las dimensiones representadas, de otro, por la posibilidad de representar una dimensión sin representar la otra. Ejemplo: el lobo posee de otro lobo una especie que lo representa tan solo bajo la dimensión de lobo; en cambio, la oveja, además de esa especie, posee otra que lo representa bajo la dimensión de enemigo; son por tanto especies distintas. Si es verdad que hay especies no sentidas, no es menos cierto por las razones expuestas, que no son producidas por el objeto. Por lo mismo se debe necesariamente afirmar que son producidas por alguna facultad interna, con intervención del conocimiento del objeto sentido: en ese conocimiento está basada aquella dimensión superior no sentida. Ejemplo: la oveja conoce con especie sentida al lobo como tal; y a continuación, como resultado, surge en la misma o en otra facultad una determinada especie que lo representa bajo la dimensión de enemigo. Y así queda configurada dicha especie.

Mihi tamen probabilius videtur has species insensatas non esse distinctas a sensatis, sed quod per eamdem speciem, quae repraesentat lupum, cognoscit illum ovis sub ratione inimici.

1.° Quia nulla est necessitas distinguendi has species, nam ovis statim ⌊ac⌋ iudicat esse lupum, simul iudicat esse fugiendum ab illo; ergo per eamdem speciem repraesentantem lupum potest utrumque iudicare. Et quod in alio bruto possit esse unum iudicium sine alio, non arguit diversitatem in specie, nam per eamdem speciem potest una potentia plura cognoscere et iudicare quam alia, propter diversam [virtutem] aut propter diversum instinctum naturae.

Et confirmatur hoc, nam avicula sentiens ventum cognoscit pluviam futuram et in tuta loca se recipit, quamvis forte numquam experta sit [pluviam], ut si nata sit in vere. Quis / ergo [credat] *P229v* quod illa avis ex cognitione venti elicit speciem repraesentantem pluviam futuram? Sane non est credibile, sed per illam speciem, qua cognovit ventum, naturali instinctu iudicat illum esse fugiendum; nec ratione quaerit, nec pluviam cognoscit. Simile [ergo] est in omnibus similibus cognitionibus brutorum.

2.° probatur. Quia non solum superfluum, sed etiam impossibile videtur quod ratio inimicitiae repraesentetur a sensibili specie abstracto modo. Quomodo enim potest species sensibilis repraesentare lupum sub ratione inimici, nisi repraesentando illum sub hac figura, [hoc] colore, etc.? Ergo impossibile est quod species repraesentans sub ratione insensata sit distincta ab specie ⌊repraesentante⌋ sub ratione sensata. Unde ratio illa insensata non est repraesentabilis ut ratio quaedam abstracta ⌊a⌋ ratione sensata, sed ut modus quidam fundatus in illa; non ergo oportet has species distinguere. Quod si forte distinguuntur ex dictis patet, quomodo fiat.

16 Ultima conclusio [colligitur ex his omnibus]. Respectu sensuum ⌊interiorum⌋ necessario est ponendus aliquis sensus agens ⌊intentionales⌋ species.

Patet ex dictis.

Ad auctoritatem vero negativam Aristotelis, quia hoc numquam dixit, respondetur quod multa etiam alia non dixit neque

---

30 protulit *S,* ab eo proferuntur *P.* 30 incipit *add.* in *P.* 31 problemati *S,* problematis *PL, add.* lib. 2, tex. 70 *P.* 31 Vide *S,* Unde *P.* 32 et hic *P, om. S.* 36 *add. in margine a. m.:* Ita Orpheus, ut refert Ficinus, *8 De Theologia Platonis, c. 25* (!) [*Cfr. Opuscula theologica* (ed. R. Marcel): o. c., v. 3, pp. 275, 30 sq., 378]. Sed Augustinum [*Cfr. De lib. arb.* III 5: *PL* 32, 1279] interpretatur D. Thomas, *1 p., q. 67,* [*a.*] *2,* [*ad*] *1:* "Dicendum quod [Agustinus] accipit lucem pro corpore lucido..." Et eodem modo interpretatur D. Dionysium [*Cfr. De div. nom.* 2, § 4: PG 3, 641 B] ab eodem... [?] totus [?] [*Cfr.* D. Thomam, *1 p. q. 67, a. 2, ad 3*] *S.*

2 38 Item *S,* Immediate (!) *P.* 38 agit... immediate *S,* immediate agit accidentia *P.* 39-40 nam... constituto (illi *om. P*; constituto *SL,* constituta *P*) *SP,* cum ei in substantia constituto (III 14, 1) *L.* 40 etc. *add.* absque nulla ejus corruptione: tum etiam, quia alioqui duae essent formae substantiales in eodem aere luminoso, nec lux intendi in eo possit, nec remitti (Ib.) *L.*

3 43 et... supra] *sup. S, om. PL.* 43 quia *S,* enim *P.* 44 neque *S,* nec *P.* 44 accidens *S,* accidentalis *PL.* 45 quia *SL,* nam *P.* 45-6 praedicamento accidentium *PL, om. S.* 46 poni *S,* collollcari *PL.* 47 quia *SL, om. P.* 47 eumdem *om. PL.* 47 afficiendi *SL,* efficiendi *P.* 47-8 quem... qualitates *SP,* ab accidentibus aliis distinctum (III 14, 2) *L.* 48 qualitates *add.* habent *P.*

4 51 c. 2 *PL, om. S.*

---

[4] *De an.* II, lect. 14

[5] ?

[6] *Cfr. supra not.* n. 1

[7] [seu lib. *De Anima*] cc. 1-3: o. c., ff. 10-11v

compacto, por hallarse colmado de luz y rayos solares, los cuales lógicamente serían cuerpos. Mas estas palabras no tienen sentido de aserto: está iniciando la investigación y sólo después señala la verdadera solución del problema. Véase Santo Tomás *1 p., q. 67, a. 2.*

2 Otra teoría: La luz es forma sustancial del sol. La mantiene, al parecer, Filópono.

Esta opinión es también falsa, porque ninguna sustancia se percibe por sí misma, sino a través de sus accidentes.

Además, nunca la acción de una sustancia lleva a la producción inmediata de los accidentes; ahora bien, la lumbre del sol produce luz en el aire, luz que es su accidente, porque adviene al aire ya constituido en su sustancia: aparece, desaparece, etc.

3 De todo ello se infiere una primera tesis: La luz es un acto accidental, inscrito en el predicamento de la cualidad.

La primera parte resulta evidente de lo expuesto y de la anterior afirmación de Santo Tomás: como no es cuerpo ni forma sustancial, es, consiguientemente, accidente.

La segunda parte es evidente, porque no cabe instalarla en otro predicamento de accidentes.

Además, el modo de afectar a su sujeto es el mismo que el de las otras cualidades. Asimismo es susceptible de intensificación y debilitación, perceptible directamente por sí misma.

4 Queda por explicar el tipo de cualidad. Para todo el problema, una observación de Avicena en *6 Naturalium, 3 p., cap. 2,* y de Santo To-

hic, *lect. 14,* [8] quod lux et lumen non sunt idem, sed [lux] / dicitur qua- S155
litas lucens, prout est in principio illuminante, [ut lux solis]; lumen vero dicitur illa qualitas quae in medio recipitur; et haec eadem dicitur radius, inquantum per lineam curvam [vel rectam] tendit usque ad oculum; et haec eadem qualitas solet dici splendor; et tunc praecipue, quando huiusmodi lumen ex reflexione causatur ab aliquo corpore terso.

5 *An lumen sit species intentionalis —quae fuit opinio Scoti— secundum esse reale.*—De luce ergo constat esse qualitatem illam quae inhaeret corpori facienti lumen, et habere in illo [proprium] suum esse naturale.

Sed de lumine non [est] eadem omnium sententia, nam Scotus, in *2, d. 13,* [9] ait lumen habere tantum esse debile, non solum quia pendet in esse et fieri a luce, sed etiam quia tantum est quasi species intentionalis lucis, et quaedam similitudo repraesentans illam. Sequitur idem Aegidius, ibi, [10] et hic, *tx. 76, dub. 2* et *3;* [11] Thienensis, *tx. 71;* [12] Buridanus, hic, *q. 17;* [13] Assianus, in *Quaestionibus Perspectivae.* [14]

Et fundamentum istorum est, quia lumen habet omnes effectus et proprietates speciei intentionalis.

1.° Sicut per speciem coloris videmus colorem, ipsa autem species non videtur, ita per lumen videmus lucem solis, ipsum autem lumen non videtur.

2.° Sensibile supra sensum secundum esse reale positum non causat sensationem, [15] positum autem sencundum esse intentionale causat; lumen autem positum supra oculum causat visionem, experientia teste, et Aristotele, *De sensu et sensibili cap. 2;* [16] ergo lumen
tantum habet / esse intentionale. P244

---

52 hic *add.* tx. 70 *P.* 52 lux *PL,* lucens (!) *S.* 52 155] 153 *S.* 53 lucens *SL,* lucis *P.* 53 principio *SP,* fonte *add.* seu corpore de se (Ib.) *L.* 55 curvam vel rectam (vel rectam *P, om. S*) *SP,* directam vel reflexam (Ib.) *L.* 55 *add. in margine a. m.:* Et etiam lumen in proprio subiecto a perspectivis lumen primarum qualitatum appellatur; in medio autem lumen secundarium. *S.* 58 terso *add.* ac perpolito (Ib.) *L.* 61 proprium *PL,* principium (!) *S.* 61 esse *SL, om. P.* 62 est *PL, om. S.* 66 hic *S,* 2 Animae *P, om. L.* 68 Et *om. PL.* 68 quia *S,* quod *PL.* 70 videmus *S,* vidimus *P.* 73 positum *add.* realem (III 14, 3) *L.* 75-6 experientia

---

[8] *De an.* II, lect. 14, n. 421: lux: "qualitas activa corporis coelestis"

[9] n. 3: o. c., t. 12, p. 616

[10] *Sent.* II, q. 2, a. 1: o. c., p. 574, col. 1

[11] *De an.*: o. c., ff. 40ᵛ sq.

[12] *De an.* II, comm. 71: o. c., ff. 31 [falso 13 num.] sq.

[13] *De an.*: o. c., ff. XIIII sq.

[14] Assianus = Heinrich von Langenstein (Heimbuche) (1325-1397), o. c., f. n. n. [2] [In hac editione falso Ioannes appellatur], Lib. *Quaestiones communis perspectivae* falso Assiano tribuitur. Hoc opus est N. Oresmii [*Cfr.* H. Pruckner, *Studien zu den astrologischen Schriften des Heinrich von Langenstein,* Leipzig-Berlin, 1933, p. 10]. *Lib. citatus continetur in Ms. 522,* Bibl. "Arsenal" (Paris), *sub nomine Hacia* [= *Hassia*] [*Cfr.* H. Martin, *Catalogue des Manuscrits de la Bibliotèque de l'Arsenal,* Paris, 1885, v. 1, p. 371]

[15] *Cfr.* Arist., *De an.* B 7. 9: 419 a 25 sqq.; 421 b 17 sq.

[16] 438 b 2-6

más en *2, d. 13, a. 3* y el comentario de *lect. 14:* no es lo mismo lumbre y luz; luz es la cualidad luminosa, en cuanto reside en el principio iluminador, por ejemplo la lumbre del sol; luz, en cambio, es la cualidad aquella que se recibe en el medio, la misma que llamamos rayo, en cuanto que avanza hasta el ojo en línea curva o recta, y la misma que llamamos brillo; particularmente en el momento en que un cuerpo pulimentado la origina por reflexión.

5 *¿Es la luz en su entidad real una especie intencional? La opinión fue de Escoto.*—Hay certeza de que la lumbre es una cualidad inherente al cuerpo que produce luz y de que en ese cuerpo posee su propio ser natural.

Mas tratándose de la luz no hay en todos identidad de opinión. En efecto, Escoto en *2, d. 13* afirma que la luz posee únicamente una entidad débil, tanto por depender de la lumbre en su ser y en su devenir, cuanto por ser únicamente como una especie intencional de la lumbre y a modo de imagen que la representa. Egidio en el *tx. 76, dub. 2* et *3;* Cayetano de Tiena, *tx. 71;* Buridano, *q. 17;* Asiano en *Quaestionibus perspectivae,* sustentan la misma teoría.

Y el fundamento de dicha teoría es que la luz posee todos los efectos y propiedades de la especie intencional.

Primero. Por la especie de color vemos el color, sin que la especie sea vista en sí misma; del mismo modo por la luz vemos la lumbre del sol, sin que la luz sea vista en sí misma.

Segundo. El objeto sensible aplicado en su ser real sobre el sentido no origina sensación; en cambio, la luz aplicada sobre el ojo origina la visión, según el testimonio de la experiencia y de Aristóteles; luego la luz posee sólo entidad intencional.

3.° Sicut species intentionalis durat tantum in praesentia obiecti, ita lumen in praesentia solis.

4.° Sicut species [intentionalis] non habet contrarium, ita neque lumen; si autem esset qualitas naturalis, haberet contrarium.

5.° Sicut plures species intentionales eiusdem obiecti sunt in eodem medio, ita etiam plura lumina, ut patet, nam duo luminosa duas umbras causant; ergo producunt duo lumina.

6 Tamen D. Thomas, supra, *a. 3,*[17] hanc opinionem improbat, dicens lumen esse qualitatem veram habentem proprium esse reale et naturale, et non esse tantum repraesentativam alterius. Fundamentum eius [est], quia habet omnes proprietates quas solet habere qualitas naturalis.

1.° [Lumen] denominat subiectum tale, quod non facit species intentionales.

2.° Habet effectus naturales, quos non habet species intentionalis —calefacit enim—.

3.° Sentitur et videtur; [terminat enim visionem], quod non habet species.

7 Et quoniam rationes utriusque opinionis videntur urgere, ideo Caietanus, supra[18] —quem multi sequuntur—, [utrisque] consentiens, ait lumen —quoniam qualitas est nobilissima— utrumque habere eminenter, scilicet et esse naturale et esse intentionale. Quae opinio suadetur rationibus utriusque partis.

8 His habitis, / s e c u n d a c o n c l u s i o sit: Lumen est qualitas habens proprium esse naturale et reale. *S155v*

Tenent, hic, communiter expositores: Alexander,[19] Simplicius,[20] Themistius,[21] Philoponus[22] et Averroes;[23] Albertus, *lib. 2, tract. 3,*

---

praem. ut (!) *S.* 79 solis *S,* lucis *P,* lucentis corporis (Ib.) *L.* 80 intentionalis *PL, om. S.* 81 neque *S,* nec *P.* 81 si autem... contrarium (si autem *om. P*) *SP, om. L.* 83 nam *S,* quia *P.* 84 ergo... lumina *SP, om. L.*

6 86 habentem... et *om. P.* 86 naturale *S,* naturalem *P, om. L.* 87 esse tantum *om. P.* 87 est *PL,* et (!) *S.* 88 naturalis *S,* existens in suo esse naturali *P,* in suo esse reali consistens (Ib.) *L.* 93 et videtur *om. P.* 93 terminat... visionem *P, om. SL.*

7 95 ideo *S,* idem *P, om. L.* 96 supra *S,* 1 p. q. 67. ar. 2 *P.* 96 utrisque *PL,* utriusque *S.* 98 naturale *SP,* reale (Ib.) *L.* 98 ²esse *om. P.* 98-9 Quae... partis *SP, om. L.* 99 *add. in margine a. m.:* Opinio Caietani: *1 p., q. 67, a. 3* [*Cfr. supra,* not. 18]. Et videtur Durandi [*S* D.], in *2, d. 13, q. 2, n.º 11.* [O. c., f. 155ᵛ, col. 1] *S.*

---

[17] 1 p., q. 67, a. 3

[18] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 67, a. 3) III

[19] *De an.* I [12]: o. c., pp. 91 sq.

[20] *De an.* II 69-71: o. c., ff. LIXᵛ sqq.

[21] *De an.* II 23: o. c., pp. 267 sq.

[22] *De an.* II: o. c., ff. [54-57]

[23] *De an.* II 67-74: o. c. (ed. Crawford), pp. 230-244

Tercero. Así como la especie intencional limita su existencia a la presencia del objeto, así también la luz a la presencia del sol.

Cuarto. Así como la especie intencional no tiene contrario, tampoco lo tiene la luz; en cambio, si fuese cualidad natural, lo tendría.

Quinto. Así como varias especies intencionales de un mismo objeto están en un mismo medio, en un mismo medio están, evidentemente, varias luces, pues dos focos luminosos originan dos sombras; luego producen dos luces.

6 No obstante, Santo Tomás, rechaza esta teoría: afirma que la luz es verdadera cualidad que posee entidad propia real y natural y no sólo la función de representar a otro. El fundamento del aserto está en que posee todas las propiedades que suele poseer una cualidad natural.

Primero. La luz da nombre al sujeto iluminado, no así la especie intencional.

Segundo. Posee efectos naturales, que no posee la especie intencional —calienta, por ejemplo—.

Tercero. Se siente y se ve —no en balde es término de la visión—, no así la especie.

7 Y como, al parecer, son apremiantes las razones de ambas teorías, Cayetano —a quien siguen muchos—, de acuerdo con ambas, dice que la luz —siendo cualidad nobilísima— posee eminentemente ambas entidades tanto la natural como la intencional. Abogan en favor de esta teoría las razones de las otras dos.

8 Hechas estas precisiones se establece la segunda tesis: la luz es una cualidad con entidad propia natural y real.

Es generalmente aceptada por los expositores del tema: Alejandro, Simplicio, Temistio, Filópono y Averroes; Alberto en el *lib. 2, tract. 3, cap. 10* y *11,* Avicena en el texto anterior, los Escolásticos en

cap. 10 et *11;*[24] Avicenna, supra;[25] Scholastici, in *2, d. 13;* D. Bonaventura;[26] Richardus,[27] Durandus, *q. 2,*[28] Hervaeus, *Quodl.* <*7*>, *q. 18.*[29]

Et rationes D. Thomae[30] sunt optimae.

Item probatur. Nam huiusmodi lumen productum a sole eiusdem rationis est quando fit in corpore raro, ut in aere, et quando fit in corpore denso, ut in luna et in speculo, nam tantum differt ex parte subiecti; sed in luna habet proprium et verum esse naturale, nam lucet et videtur tamquam propria qualitas visibilis, et calefacit; ergo, etc.

9 Sit tamen tertia conclusio ad maiorem explicationem secundae: Lumen aeris / est qualitas visibilis, quae videtur tamquam obiec- *P244v*
tum visus; et non videtur per se, sed per species sui; neque etiam est species per quam sol videatur.

Primam partem conclusionis tenent D. Thomas,[31] Aegidius,[32] et alii, *tx. 68.*[33]

Et probatur experientia. Nam visus non tantum discernit obiectum ipsum ad quod terminatur visio, sed etiam medium. Videt enim homo ipsum lumen nunc esse lucidius quam antea; ergo videt lumen medii.

Item, si esset vacuum non illuminatum, visus non videret in medio aliquid; ergo nunc, quando medium apparet lucidum, videtur in illo aliquid, nempe lumen. Et ideo Aristoteles, hic,[34] ait quod diaphanum est visibile, non per se, sed per lumen.

Item, radii solis videntur aperte in aere, maxime si palpebrae oculi claudantur aliquantulum; ergo.

Secunda vero pars conclusionis probatur. Nam lumen non est similitudo; species autem debet esse similitudo.

Item, qui videt lumen in medio discernit figuram illius et diversas partes magis vel minus illuminatas; ergo signum est quod lumen in aere existens non videtur per particulam luminis quae pervenit ad oculum —haec enim non repraesentat haec omnia—, sed ⌊videtur⌋ per speciem sui, quam ad oculum mittit.

---

8 104 D. *SL, om. P.* 105 7] 3 *SPL.* 107 Item *S,* quae praeterea *P.* 108 fit *om. PL.* 109 corpore *om. PL.* 109 ²et *S,* vel *P.* 109 ¹in *om. PL.* 110 proprium et *om. PL.* 110 naturale *SP,* reale *L.* 111 et calefacit *SL, om. P.*

9 112 tamen *om. P.* 112-3 secundae *SL,* huius *P.* 114 neque *SL,* nec *P.* 116 tenent *S,* tenet *P.* 118 Et *SL, om. P.* 120 ipsum lumen *S,* medium *P.* 120 nunc *om. P.* 120 antea *add.* erat *P.* 122 non illuminatum *SP, om. L.* 126-7 Item... ergo *SP, om. L.* 128 conclusionis *SL, om. P.* 129 autem *SL, om. P.* 133 haec *S,* illa *PL.* 133-4 videtur *P,* vn [= unde (!)] *S.* 134 *add. in margine*

---

[24] *De an.*: o. c., t. 5, pp. 250-255

[25] *Cfr. supra not.* 7

[26] *Sent.* II, d. 13, a. 2, q. 2: o. c., t. 2, pp. 320 sqq.

[27] Meneville (Mediavilla), *Sent.* II, d. 13, q. 3

[28] *Sent.* II, d. 13, q. 2

[29] O. c., ff. 144^{v} sq.

[30] *Cfr.* 1 p., q. 67, a. 3 (*not.* 17)

[31] *De an.* II, lect. 14, nn. 420 sq.; *Sent.* II, d. 13, a. 3; 1 p., q. 67, a. 3

[32] *De an.* II: o. c., f. 39, col. 1

[33] *Cfr.* Damascenus, *De fide orth.* 1, 8: PG 94, 816

[34] *De an.* B 7: 418 b 9 sq.

2, d. 3, San Buenaventura, Ricardo, Durando en la *q. 2,* Herveo en *Quodl. 7, q. 18.*

Y las razones más convincentes son las de Santo Tomás.

Otra prueba: La mentada luz solar posee naturaleza idéntica cuando se produce en un cuerpo sutil, como el aire, y cuando se produce en un cuerpo denso, como la luna y el espejo, pues la única diferencia proviene del sujeto. Ahora bien. En la luna posee propia y verdadera entidad natural, puesto que luce y se deja ver como cualquier cualidad visible, y calienta. Luego, etc.

9 No obstante, para mejor comprensión de la segunda se establece la tercera tesis: La luz del aire es una cualidad visible, que se ve como objeto de la vista; y no se ve por sí misma sino por la especie de sí misma; y tampoco es la especie por la que el sol se deja ver.

La primera parte de la tesis la mantienen Santo Tomás, Egidio, y otros en *tx. 68.*

Prueba de experiencia: La vista distingue no sólo el propio objeto, que es término de la visión, sino también el medio. El hombre ve, en efecto, que la luz es justamente ahora más luminosa que antes; consiguientemente ve la luz del medio.

Además, si hubiera un vacío no iluminado, la vista no vería nada en el medio; luego ahora que el medio aparece luciente, algo se ve en el medio, evidentemente, la luz. Y por lo mismo, Aristóteles en este punto dice que lo claro es visible, no por sí mismo, sino por la luz.

Igualmente, los rayos solares se dejan ver en el aire francamente, en particular si se entornan un poco los párpados; consiguientemente.

Segunda parte de la tesis. Prueba. La luz no es imagen; en cambio la especie es forzosamente imagen.

Asimismo, quien ve la luz en el medio distingue en él figura y zonas diversas más o menos iluminadas; luego es señal de que la luz existente en el aire no se ve por la partícula luminosa que llega al ojo —la partícula no representa, en efecto, a todas estas cosas— sino que se ve por la especie de sí misma, enviada al ojo.

I t e m, quando video lumen aeris et lunae video [illa] per species eiusdem rationis, quia ipsa lumina visa eiusdem rationis sunt; sed lumen lunae videtur per suam speciem, ut ostendemus; [35] ergo et lumen aeris.

I t e m praeterea, oculus ipse habet lumen, et tamen visus non videt [illud]; ergo non videtur per se ipsum, nam si per se ipsum videretur, non esset cur oculus non videret lumen intra ipsum existens. Unde si obiciatur [speculum], video lumen intra oculum meum existens, idque per reflexionem specierum; ergo lumen ipsum per species videtur.

T a n d e m, / transacta visione luminis, manet in imagina- *S156*
tione species illius, per quam potest [postea] abstractive cognosci; / et *P245*
non manet ipsum lumen realiter; ergo, etc.

T e r t i a conclusionis p a r s persuadetur fere eisdem argumentis. Eadem enim est ratio de luce solis et de lumine aeris.

I t e m, constat lumen productum non repraesentare luminosum ipsum, neque figuram illius, nam medium eodem modo illuminatur, sive luminosum sit huius figurae vel alterius; ergo repraesentatur luminosum per propriam speciem.

I t e m, lumen non ordinatur ad cognitionem luminosi, sed est quaedam communicatio illius, sicut calor causat calorem. Unde lumen non fit solum in medio apto ad videndum, sed in quacumque re apta ad recipiendum illud secundum esse proprium naturale.

I t e m, si lumen esset species per quam videtur sol, recepto lumine in oculo, [reciperem] speciem solis. Quod est contra experientiam; alias oculus illuminatus semper videret solem.

T a n d e m, species rei non est visibilis; lumen autem est visibile; [ergo].

Experientia etiam favet. Nam radii solis pervenientes ad speculum, et reflexi ad oculum, causant solis similitudinem; ergo id est, quia causant aliquam speciem distinctam a lumine, nam lumen absque speculo causabatur, et tamen sol non repraesentabatur.

---

a. m.: Et hic notandum [N *S*] cum Patre Durando, in *2, d. 28, q. 1, ad 1, n. 8* [o. c., 178v, col. 2], quod "lumen extrinsecum non requiritur ad visionem corporalem ex parte visus, tamquam aliquid visus ad videndum, sed requiritur tamquam dispositio medii et organi ad recipiendum speciem coloris, vel ipsam visionem, quae non potest esse nisi diaphano actu illuminato". *S.* 135 illa *P,* illam (!) *S.* 140 illud *P,* illum (!) *S.* 141 existens *SL, om. P.* 142 speculum *SL,* speculo *S.* 145 156] 154 *S.* 145-6 imaginatione *SL,* imagine *P.* 146 postea *P, om. S.* 147 ergo, etc. *SP,* non ergo lumen incapax est repraesentari per intentionalem speciem ab ipso distinctam (III 14, 5) *L.* 149 ^{2}de *SL, om. P.* 151 neque *SL,* nec *P.* 152 vel *S,* sive *P.* 155 illius *S,* sui similis *P,* sui luminis *L.* 159 reciperem *P,* reciperent (!) *S.* 161-2 Tandem... ergo (ergo *om. S*) *SP, om. L.* 163 experientia *add.* vero huic conclusioni *P.* 163 etiam *om. PL.* 166 sol *om. P.*

---

[35] *Cfr. infra* (3.ª pars concl.), n. 6

Asimismo, cuando veo la luz del aire y de la luna, las estoy viendo por especies de la misma naturaleza, porque de la misma naturaleza son las dos luces vistas. Ahora bien. La luz de la luna se ve por su especie, como demostraremos. Luego también la luz del aire.

Hay todavía más: el ojo precisamente posee luz y, sin embargo, la vista no la ve; luego no se ve por sí misma, pues si se viera por sí misma no habría razón para que el ojo no viera una luz existente en el mismo. En el caso del espejo veo la luz de mi propio ojo, mas gracias a la reflexión de las especies; luego la propia luz se ve gracias a las especies.

Finalmente, tras la visión de la luz, queda en la imaginación su especie, mediante la cual es posible el posterior conocimiento abstractivo. Ahora bien, en la realidad la luz precisamente no queda. Consiguientemente, etc.

Tercera parte de la tesis. Abogan en su favor casi los mismos argumentos. La cuenta, en efecto, es la misma para la lumbre del sol y la luz del aire.

Asimismo, hay certeza de que la representación tanto de lo luminoso en sí como de su figura no se debe a la luz producida, dado que el medio experimenta la misma iluminación sea una u otra la figura de lo luminoso. Consiguientemente hay representación de lo luminoso gracias a su propia especie.

Asimismo, la luz no está ordenada al conocimiento de lo luminoso, más bien es como una comunicación de lo luminoso, al modo que el calor origina calor. De ahí que la luz se produce no sólo en un medio apto para la visión, sino en cualquier objeto apto para recibirla en su propia entidad natural.

Asimismo, si la luz fuese especie por la que se viese el sol, en el momento de recibir la luz en el ojo recibiría yo la especie del sol. Contra toda experiencia; si así fuera el ojo iluminado vería siempre el sol.

Finalmente, la especie del objeto no es visible; la luz, en cambio, es visible; consiguientemente.

La experiencia es también favorable. En efecto, los rayos de sol llegan al espejo, se reflejan hacia el ojo y originan la imagen del sol; porque, lógicamente, originan una especie distinta de la luz, ya que cuando la luz se originaba sin espejo, no había, con todo, representación del sol.

Similis experientia est in aqua: Feriunt directe radii solis, vel lunae, et causatur repraesentatio solis.

10 Ex quibus omnibus patet solam D. Thomae sententiam esse veram, scilicet lumen esse qualitatem realem propriam et naturalem, et non intentionalem, quia numquam exercet munus speciei; aliquando vero dicitur intentionalis, quia inter corporeas maxime accedit ad spirituales in perfectione et subtilitate. Quo modo loquendi etiam utitur D. Thomas saepe, ut in *4, d. 1, a. 4;*[36] *De potentia, q. 5, a. 1, ad 6;* et *q. 6, a. 4.*[37] Et a quibusdam dicitur lumen quasi medium inter corporale / *P245v* et spirituale. <Vide> Marsilium, *Dialogo De convivio, cap. 4;*[38] et *lib. 7 De Republica.*[39]

11 Ad primum ergo [argumentum] Scoti[40] nego antecedens.

Ad secundum respondetur potius esse contra ipsum, nam si videtur per se ipsum [lumen], ergo positum supra sensum, causat sensationem. Respondetur tamen quod lumen existens intra oculum non videtur, sed lumen exterius per speciem illius existentem intra oculos.

Ad tertium negatur consequentia. Nam illa proprietas communis est multis effectibus.

Et similiter respondetur ad quartum carere ⌊contrario⌋ non esse proprium speciei, sed [etiam] multis aliis qualitatibus ⌊convenire⌋, et praecipue lumini, qua est qualitas superiorum corporum.

Ad ⌊quintum⌋ multi perspectivi / *S156v* censent duo lumina esse simul in eodem subiecto. De qua re alibi[41] latius.

Pro nunc dicitur quod nulla est necessitas illud asserendi, sed duo luminosa efficiunt unum lumen intensius. Ita D. Thomas, *3 p., q. 9, a.* 4;[42] Durandus, supra;[43] Caietanus, *1 p., q. 41, a. 6;*[44] Capreolus, in

---

167 Feriunt *S*, ferii (!) *P*.

10 169 solam *SL*, solum *P*. 170 propriam *SL*, proprie *P*. 170 et *om. P*. 174-5 et q. 6, a. 4 *SL*, *om. P*. 175 lumen quasi *om. P*. 175 corporale *S*, corporalia *PL*. 176 spirituale *S*, spiritualia *PL*. 176 vide] et *S*, unde *P*, videatur *L*. 176 Marsilium *add.* Phescin[um] *P*.

11 178 argumentum *P*, *om. SL*. 181 lumen *PL*, *om. S*. 182 tamen *SL*, *om. P*. 182 intra *S*, in *PL*. 187 Et *om. P*. 187 contrario *PL*, contrarium (!) *S*. 188 speciei *SL*, specierum *P*. 188 etiam *P*, *om. S*. 188 convenire *P*, convenit *S*. 189 qua *S*, quod *P*, utpote *L*. 190 quintum *PL*, 3 (!) *S*. 192 dicitur quod

---

[36] q. 2

[37] *Cfr. etiam*: *De an.* II, lect. 14, nn. 415-418; 1 p., q. 67, a. 1

[38] orat. 5, c. 4: o. c., t. 2, pp. 1336 sq.

[39] O. c., t. 2, pp. 1408-1412

[40] *Cfr. supra not.* 9

[41] DM 5, sect. 3; *Cfr. hic, supra*, d. 5, q. 7, n. 10

[42] In hac q. tractat D. Thomas de scientia humanae naturae connaturali secundum *lumen* intellectus agentis, cui additur scientia infusa secundum *lumen* desuper infusum

[43] *Cfr. supra not.* 28

[44] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 41, a. 6) VI

En el agua la experiencia es semejante: con la incidencia directa de un rayo de sol, o de luna, se origina la representación del sol.

10 De todo lo anterior resulta evidente que la única teoría verdadera es la de Santo Tomás, es decir, que la luz es una cualidad real propia y natural, y no intencional, porque nunca ejerce función de especie; si bien a veces se la llama intencional, porque entre las corpóreas es la que más se acerca a las espirituales en perfección y finura. Santo Tomás emplea también con frecuencia tales expresiones, por ejemplo en *4, d. 1, a. 4; De potentia, q. 5, a. 1, ad 6;* y *q. 6, a. 4.* Y hay quienes consideran la luz como algo intermedio entre lo corporal y lo espiritual. Véase Marsilio en el *Diálogo De convivio, cap. 4,* y en el *lib. 7 De Republica.*

11 Respuesta a los argumentos de Escoto:

Al primer argumento: Niego el antecedente.

Al segundo: Más bien es argumento en contra, porque si la luz se ve por sí misma, entonces aplicada sobre el sentido origina la sensación. La respuesta, no obstante, es que no se ve la luz interior al ojo, sino la luz exterior, gracias a la existencia de su especie en el interior del ojo.

Al tercero: No hay ilación. Pues la propiedad mentada es común a muchos efectos.

Al cuarto: Respuesta semejante: la carencia de contrario no es privativa de la especie, acontece también en muchas otras cualidades y particularmente en la luz, por ser cualidad de los cuerpos superiores.

Al quinto: Muchos teóricos de la perspectiva estiman que en un mismo sujeto pueden residir simultáneamente dos luces. Sobre este asunto, más ampliamente en otro lugar.

De momento decimos que no hay necesidad de tal aserto, sino que dos focos luminosos producen una luz más intensa. Así Santo Tomás en *3 p., q. 9, a. 4;* Durando, antes citado; Cayetano en *1 p., q. 41, a. 6;* Carpéolo en *1, d. 7, q. 2, ad 7;* Silvestre de Ferrara en *4 Contra Gentes,*

<*1*>, ⌊*d.*⌋ *7, q.* [2], ⌈*ad 7*⌉*;* [45] Ferrariensis, *4 Contra Gentes, cap. 26.* [46] Duae autem umbrae causantur, quia duo loca medii sunt impedita, ut in illis non possit fieri lumen tantum intensum, sicut in aliis partibus; umbra autem nihil aliud est quam carentia luminis. Quod autem duae partes aeris impediantur, ratio est clara, quia corpus, quod obicitur duobus luminosis, impedit utrumque illorum, ne illuminet eam partem aeris, inter quam et luminosum ponitur corpus opacum, quae quidem pars non est eadem respectu utriusque luminosi, sed sunt duo, ut experientia constat.

12 *Explicatur effectus <luminis>.*—Ex his colligitur, quis sit effectus formalis ⌊luminis⌋. Est enim facere rem perspicuam et claram, quem Aristoteles sua definitione explicavit, dicens: "Est actus perspicui, inquantum perspicuum est." [47]

Ad cuius [maiorem] intelligentiam nota quod corpus / *P246* perspicuum, seu diaphanum, dupliciter dicitur, nempe in potentia, et in actu. Diaphanum in potentia est corpus aptum illuminari; et haec diaphaneitas in potentia est illa dispositio in corpore existens, ratione cuius corpus est aptum ut illuminetur. Diaphanum vero actu est corpus illud quod est manifestum factum in actu, aut secundum se totum —quod transparens dicitur—, aut tantum in superficie —quod solet dici diaphanum in actu terminatum—. Effectus ergo formalis luminis est facere huiusmodi actu diaphanum.

13 Et ex his intelligitur, quodnam sit subiectum lucis. Omne enim corpus, quod a lumine manifestari potest et perspicuum reddi, potest esse subiectum luminis. Corpora enim transparentia secundum se tota, id est, secundum profunditatem etiam suam, lumini subiciuntur; corpora vero opaca, quae in superficie tantum illuminari possunt, in illa tantum lumen recipiunt, quamvis hoc secundum a nonnullis negetur, cum tamen sit aperta sententia Aristotelis, *De sensu et sensibili, cap. 3,* [48] et D. Thomae, ibi, *lect. 6.* [49]

---

om. P. 195 1] 2 *SPL.* 195 d. 7 *PL,* q. 7 *S.* 195 2 *PL,* 7 *S.* 195 ad 7 *om. SPL.* 197 tantum *S,* tunc (!) *P,* aeque *L.* 198 nihil *SL,* non *P.* 199-203 corpus... constat (utrumque illorum *S,* unicuique *P*) *SP,* duobus luminosis opponitur, ac respectu diversarum partium totalis medii. (III 14, 6) *L.*

12 204 luminis] lucis *S.* 205 luminis *PL,* lucis (!) *S.* 208 maiorem *PL, om. S.* 208 nota *S,* notandum est *P.* 210 haec *S,* ista *P.* 213 manifestum *S,* lucidum *P.* 215 in actu *SP, om. L.*

13 217 Et *om. P.* 217 intelligitur *SL,* colligitur *P.* 217 sit *SL, om. P.* 219 lumi-

---

[45] O. c., t. 1, f. 96v; col. 2

[46] *Comm. in CG D. Thomae* (IV, c. 26) III²

[47] *De an.* B 7: 418 b 9 sq.

[48] 439 a 26-30

[49] *De sensu et sensibili,* lect. 6, n. 4

cap. 26. Ahora bien, se originan dos sombras, porque dos sectores del medio padecen un obstáculo, que imposibilita la producción de una luz tan intensa como en otras zonas; pues la sombra no es otra cosa que carencia de luz. Que sean dos las zonas del aire con obstáculo tiene clara explicación, porque el cuerpo enfrentado a los dos luminosos es para ambos obstáculo, que suprime la iluminación de la zona del aire situada tras el cuerpo opaco, el cual queda colocado entre la zona y el cuerpo luminoso; esta zona sin duda no es la misma respecto de uno y otro cuerpo luminoso: son dos zonas, como consta por experiencia.

12 *El efecto de la luz.*—De lo anterior se infiere cuál sea el efecto formal de la luz. Consiste en hacer clara y manifiesta una cosa, y Aristóteles lo ha explicado en su definición: "Es el acto de lo claro en cuanto claro".

Advertencia para una comprensión más exacta: Hay dos modos de ser claro o diáfano un cuerpo: en potencia y en acto. Diáfano en potencia es el cuerpo apto para ser iluminado; esta diafanidad en potencia es aquella disposición existente en el cuerpo, en virtud de la cual el cuerpo es apto para ser iluminado. Diáfano en acto es aquel cuerpo que queda clasificado en acto, bien en su totalidad —y se denomina transparente— bien solo en la superficie —y se denomina de ordinario actualmente diáfano en el límite—. El efecto formal de la luz consiste, pues, en producir la mentada diafanidad en acto.

13 Por lo dicho se comprende cuál es el sujeto de la luz. Puede ser sujeto de la luz todo cuerpo susceptible de quedar manifiesto y claro por la luz. En efecto, los cuerpos transparentes en su totalidad, es decir, también en profundidad, son sujeto de luz; los cuerpos opacos, que sólo pueden ser iluminados en la superficie, sólo en ella reciben la luz, si bien hay autores que niegan este segundo punto, aun cuando la opinión de Aristóteles en *De sensu et sensibili, cap. 3* y Santo Tomás, *lect. 6,* no sea dudosa.

Et experientia constat. Videt enim visus rem albam et illuminatam, et distinguit in ea lumen ab albedine; neque ulla est ratio ad negandum hoc, cum sensus id percipiat, nam licet ratione densitatis et opacitatis lumen non possit penetrare, tamen cum attingat superficiem, in qua est color, in illa poterit recipi.

Item, lumen, quod subiectatur / in aere, illuminat illum usque *S157* ad ultimam superficiem, ut constat experientia; ergo superficies de se est subiectum aptum cui inhaereat lumen; ergo poterit recipi in superficie corporis opaci, nam partes aliae id non poterunt impedire. Patet ergo ex his et subiectum luminis et quidditas eius. Quomodo autem visioni deserviat, dicetur *q. 3.*[50]

14 *Utrum lux et lumen sint eiusdem speciei.*—Sed restat dubium, an lux et lumen sint eiusdem speciei.

Multi credunt esse [di]versae, quia una est / qualitas elementalis, *P246v* alia caelestis. Ita Marsilius, *2 De generatione, q. 1;*[51] Aegidius, hic, *tx. 69;*[52] Albertus,[53] Apollinaris[54] et Thienensis.[55] Insinuat D. Thomas, in *4, d. 44, q. 2, a. 1, quaestiuncula 3, ad <2>.*[56]

Fundamentum autem huius sententiae debile est, nam multa sunt accidentia eiusdem rationis communia elementis et caelis, ut quantitas, qualitas, etc., et non est dubium, quin lumen factum a sole in aere et luna sit eiusdem rationis, nam sunt in omnibus similia, et nulla est ratio distinctionis.

Item, non dubito, quin lumen productum a sole et igne sint eiusdem rationis, immo saepe sunt idem numero.

Alium ergo fundamentum potest esse pro illa sententia, nempe quod lux est proprietas dimanans a sole et igne; lumen autem est effectus extrinsecus; differunt ergo specie.

Item, si ⌊essent⌋ eiusdem speciei, posset lumen aeris intendi adeo a sole, ut fieret tam perfectum sicut lux solis. Quod de se videtur falsum. Similis difficultas est de luce ignis et solis, an differant specie, quia non videtur posse communicare in eadem passione specifica.

---

nis *SL,* lucis *P.* 226-7 neque... percipiat (neque *S,* nec *P*) *SP, om. L.* 230 quod... aere *SP, om. L.* 230 157] 155 *S.* 233 poterunt *S,* possunt *PL.*

14 236 dubium *SL,* dubiolum, *add.* quoddam scilicet *P.* 240 69 *SL,* 79 *P.* 241 2] 3 *SPL.* 242 autem *S,* tamen *PL.* 244 quin *SL,* qu[and]o *P.* 245 sit *S,* sint *PL.* 245 rationis *S,* speciei *PL.* 248 rationis *SP,* naturae specificae (III 14, 9) *L.* 248 numero *add.* cum unum ab altero intendatur (Ib.) *L.* 250 sole et igne *S,* forma solis vel ignis *P.* 251 differunt... specie *SP, om. L.* 252 essent *PL,* éet [= esset] *S.* 254 differant *SL,* differunt *P.* 255 communicare *S,* convenire *PL.* 255 in... specifica *SP, om. L.*

---

[50] d. 7, q. 3

[51] Marsilius de Inghem; o. c., ff. 90 sq.

[52] *De an.* II: o. c., f. 39, col. 2

[53] *De an.* II, tract. 3, c. 12: o. c., t. 5, pp. 255 sqq.

[54] *Q. De an.* II, q. 19, a. 1: o. c., f. 40, col. 2

[55] *De an.* II, comm. 71: o. c., f. 31 [falso 13 num.] sq.

[56] *Sent.* IV, d. 44, q. 2, a. 1

Y consta por experiencia. Al ver la vista un objeto blanco e iluminado distingue en él luz y blancura; y no hay razón para negar un hecho percibido por el sentido, pues si la luz no puede penetrar por razón de la densidad y opacidad, sí podrá ser recibida en ella cuando toque la superficie donde reside el color.

Asimismo, la luz que tiene por sujeto el aire, lo ilumina hasta su última superficie, como consta por experiencia: luego la superficie de suyo es sujeto apto para la inhesión de la luz; luego podrá ser recibida en la superficie de un cuerpo opaco, toda vez que las otras partes no podrán ofrecer obstáculo. De lo dicho resultan evidentes tanto el sujeto como la esencia de la luz. En la cuestión 3 se dirá su modo de contribuir a la visión.

14 *¿Son la lumbre y la luz de la misma especie?*—Queda pendiente un problema, ¿la lumbre y la luz son de la misma especie?

Muchos opinan que son de especie diversa, por ser la una cualidad elemental; celeste, la otra. Así Marsilio en *2 De generatione, q. 1;* Egidio al tratar el tema en el *tx. 69;* Alberto, Apolinar y Cayetano de Tiena. En Santo Tomás hay sugerencias.

El fundamento, no obstante, de dicha opinión es débil, porque hay muchos accidentes, de la misma naturaleza, comunes a elementos y a cielos, v. c. la cantidad, la cualidad, etc., y no hay duda de que la luz producida por el sol en el aire y en la luna son de la misma naturaleza, por ser semejantes en todo, y no existir razón de distinción.

Asimismo, no albergo duda de que la luz producida por el sol y por el fuego sean de la misma naturaleza, es más, numéricamente las mismas.

Otro fundamento posible en pro de la opinión mentada: la lumbre es propiedad que dimana del sol y del fuego, mientras que la luz es efecto extrínseco; luego difieren específicamente.

Asimismo, si fuesen de la misma especie, podría la luz del aire recibir del sol una intensificación tal que llegara a ser tan perfecta como la lumbre del sol. Lo cual de suyo, tiene visos de falso. Sobre la diferencia específica de la lumbre del fuego y la solar existe pareja dificultad, porque no parece posible la comunión en una misma afección específica.

Probabile tamen est haec omnia esse eiusdem speciei, ut tenet Caietanus, hic,[57] et Venetus, *tx. 68;*[58] Astudillus, *2 De generatione;*[59] D. Thomas, *2 De Caelo, lect. 14;*[60] *De veritate, q. 9, a. 1.* Favet illis similitudo inventa inter has qualitates.

I t e m , quando proprietas est qualitas activa, contingit communicari secundum eamdem speciem, licet [non] cum tanta perfectione, ut magnes communicat ferro virtutem trahendi ferrum, ut alibi[61] dictum est.—In hoc tamen nihil est certum; hoc tamen secundum videtur verisimilius.

QUAESTIO 2.ª

Quidnam sit color et quomodo in species suas distinguatur

1 / Duo sunt quae visu percipiuntur: lumen et colores. Et ideo post lumen, dicendum sequitur de coloribus, de quibus, [1.º], videndum est, quid sint. 2 . º , de speciebus eorum. P247

C i r c a p r i m u m notandum quod color duo habet, scilicet afficere subiectum, quod perficit [per] entitatem suam; secundum est esse [visibilem]. Hic investigamus entitatem illius. De modo quo visibilis est [*quaestione* sequenti][62] dicetur.

Est autem certum colorem habere entitatem accidentalem, ad praedicamen/tum qualitatis pertinentem. Hoc enim constat experientia. S157v

Quae tamen qualitas sit, non constat. Dicunt enim quidam colorem non esse qualitatem [aliquam] permanentem in corpore colorato, sed esse lumen [ipsum] receptum in corpore solido et denso, nam sicut corpus [diaphanum et] rarum est capax ut illuminetur a luce, ita corpus opacum est aptum ut coloretur a luce; coloratur autem diverso modo, iuxta diversas dispositiones subiecti.

---

256 tamen *S,* nihilominus *PL.* 256 ut *S,* quod *PL.* 257 hic *S, praem.* in (!) *P.* 258 De caelo *SL,* caeli *P.* 258 ²De *S, praem.* et *PL.* 259 inventa *S,* quam experimur *P.* 260 activa *add.* (ut proximo fundamento satisfaciamus) (Ib.) *L.* 261 non *PL, om. S.* 261 cum tanta *SL,* continuata (!) *P.* 263 dictum est *SL,* diximus *P.* 263 hoc *S,* hac re *PL.* 263 tamen *om. P.* 264 verisimilius *S,* verosimile *P,* verosimilius *L.*

1 3 percipiuntur *add.* nempe *P.* 3-4 post lumen *S,* postquam dictum est de lumine *P.* 4 1.º *PL, om. S.* 4 est *PL, om. S.* 5 sint *S,* sit, *add.* color *P.* 5 eorum *S,* illius *P.* 6 scilicet *om. P.* 7 quod perficit *om. P.* 7 per *PL, om. S.* 7 est *S,* habet *P.* 8 visibilem *PL,* visibile *S.* 8 modo *add.* enim *P.* 9 quaestione sequenti *P,* 1ᵐ (!) *S.* 13 aliquam *P, om. S.* 13 corpore *add.* ipso *P.* 14 ipsum *PL, om. S.* 15 diaphanum *PL, om. S.* 15 et *L, om. SP.* 15 rarum *om. P.* 15 capax *S,* aptum *PL.*

---

[57] *De an.* II, c. 6, n. 215: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, p. 194

[58] *De an.* II, comm. 67 et 68: o. c., ff. 73 sq.

[59] q. 3: o. c., ff. lvij sqq.

[60] nn. 7 sq.

[61] ?

[62] d. 7, q. 3 (2.ª concl.), nn. 4 sqq.

No obstante, es probable que lumbre y luz sean de la misma especie, como sostienen Cayetano y Véneto, *tx. 68;* Astudillo en *2 De generatione;* Santo Tomás en *2 De caelo, lect. 14; De veritate, q. 9, a. 1.* Está a su favor la semejanza existente entre ambas cualidades.

Asimismo, acontece que cuando una propiedad es una cualidad activa se comunica con arreglo a una misma especie, si bien con menor perfección; es el caso del imán que comunica al hierro su poder de atraer al hierro, como se ha dicho en otro pasaje.—Con todo, no hay certeza alguna en este asunto; sin embargo, esta segunda opinión parece la más verosímil.

CUESTIÓN 2.ª

Esencia del color y distintas especies del mismo

1 La vista percibe luz y colores: a continuación de la luz, el estudio de los colores, con un doble tema: 1.º esencia de los colores. 2.º especies de los mismos.

Una observación para el primer tema: el color posee dos funciones, la de afectar al sujeto al que perfecciona con su entidad; la de ser visible. Su entidad es el asunto de la investigación actual. Su modo de ser visible lo es de la cuestión siguiente.

Pues bien; hay certeza de que el color posee entidad accidental, inscrita en el predicamento de la cualidad. Es una certeza de experiencia.

Sin embargo, no hay certeza sobre el tipo de cualidad. Para algunos autores el color no es una cualidad radicada en el cuerpo, sino, justamente, la luz recibida en el cuerpo, sólido y denso; en efecto, al igual que el cuerpo diáfano y sutil es susceptible de ser iluminado por la lumbre, el cuerpo opaco es apto para ser coloreado por la lumbre; y el modo de coloración es diverso a tenor de las diversas disposiciones del sujeto.

Et sic exponunt definitionem Aristotelis, *De sensu, cap. 3:*[63] "Color est extremitas perspicui in corpore terminato." Corpus enim terminatum dicitur corpus densum, quia in illo terminatur visio. Perspicuitatem ergo existentem in extremitate talis corporis ait Aristoteles esse colorem; illa autem perspicuitas tantum est lumen receptum. Vel alio modo dicitur perspicuum corpus transparens, ut aer; huiusmodi autem perspicuum terminatur ad corpus coloratum. Ait ergo Aristoteles quod extremitas perspicui, quae in corpore [aliquo terminatur], est color; illa autem extremitas lumen est.

Confirmatur [haec sententia. Nam] in vere videmus fieri colores ex sola terminatione lucis in nube densa; ergo [vere] / color *P247v* tantum est lux terminata in corpore denso. Et [hoc] sequitur Avicenna, *6 Naturalium, 3 p., cap. 1.*[64] Citat Alpharabium et [Avempace].[65] Idem fere habet Alexander, *lib. 1 Quaestionum Naturalium, q. 1, cap. 2.*[66] Ait enim colorem non differre essentialiter a luce, sed lucem in corpore opaco esse colorem. [Id sequitur] Ioannes Vives, *1 De Anima, cap. De visu;*[67] Themistius,[68] Aegidius et Caietanus, hic, *cap.* <*6*>.[69]

2 Conclusio: [Dico tamen] colorem secundum substantiam suam esse qualitatem permanentem in corpore colorato, etiam si non illuminetur, resultantem [in illo] ex mixtione elementorum.

[Haec] est [sententia] D. Thomae,[70] ubique, et communis.

Et probatur.

1.° [Nam] visus distinguit in obiecto lucem a colore, scilicet ab albedine, etc. Videt enim duo corpora esse aequaliter illuminata, et tamen unum est album et aliud nigrum.

---

18 sic *S,* ita *PL.* 18 sensu *add.* et sensibili *PL.* 22 tantum est *S,* non est nisi *PL.* 22 lumen *add.* illud *P.* 24 coloratum *SP,* aliquod opacum, *add.* cum vacuum dari non possit (III 15, 1) *L.* 24 quod *add.* illa *P.* 25 extremitas *add.* aeris (Ib.) *L.* 25 aliquo terminatur *P, om. S.* 27 haec... Nam *PL, om. S.* 28 densa *SL,* alicuius densitatis *P.* 28 vere *P, om. S.* 28 color *SL,* ideo lux (!) *P.* 29 tantum est *S,* non est aliud *PL.* 29 hoc *P,* ha(n)c *S.* 30 Avempace *P,* [Abempuche] (Ib.) *L,* alium *S.* 31 habet *SL,* tenet *P.* 31 1 *SL, om. P.* 32 Ait *S,* dicit *P.* 32 lucem *add.* positam *P.* 33 Id sequitur *P, om. S.* 33 Ioannes Vives *S,* Vives *P,* Thienensis (!) *L.* 34 cap 6 *add.* Iavellus ib., q. 33. Soncinas, 10. Metaphysicae, q. 2. (Ib.) *L.* 34 6] 7 *SPL.*

2 35 Conclusio *S, praem.* Sit tamen in hac re responsiva *P.* 35 Dico tamen *L, om. SP.* 35 secundum... suam *SL,* resultans *P.* 35-6 colorem... esse... qualitatem permanentem *SL,* color... est qualitas permanens *P.* 37 resultantem *SL,* resultans *P.* 37 in illo *PL, om. S.* 38 Haec (...) sententia *PL, om. S.* 38 et communis *SP, om. L.* 39 probatur *S,* persuadere *P,* suadetur *L.* 40 Nam *PL, om. S.* 40-1 scilicet... etc. (scilicet *S,* nempe *P*; etc. *S,* nigredine *P*) *SP, om. L.* 41 illuminata *add.* utpote in aequali situ, magnitudine, ac distantia a sole

---

[63] 439 b 11 sq.

[64] O. c., f. 10

[65] ?

[66] O. c., p. 2

[67] c. 4: o. c., t. 3, p. 313

[68] *De an.* II 23: o. c., pp. 267 sq.

[69] *De an.* II 6, n. 206: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, p. 188

[70] *Cfr.* 2.2, q. 1, a. 3; q. 25, a. 1; *Sent.* I, d. 45, a. 2, ad 1; d. 48, a. 2; CG I, cap. 76, etc.

Y en esa dirección interpretan la definición de Aristóteles *De sensu, cap. 3:* "Color es la superficie de lo claro en un cuerpo-término". Recibe el nombre de cuerpo-término el cuerpo denso, por cuanto se constituye en término de la visión. Aristóteles, pues, afirma que el color es la claridad existente en la superficie de tal cuerpo; dicha claridad es tan solo luz recibida. El modo de claridad de un cuerpo transparente, como el aire, es hasta cierto punto distinto. Pero esta claridad tiene como término el color de un cuerpo. Aristóteles afirma, pues, que en un cuerpo la superficie de lo claro, constituida en término, es el color; ahora bien, dicha superficie es luz.

Confirmación de la teoría. Vemos en primavera que la mera incidencia de luz solar en la superficie de una nube densa produce colores; luego en primavera el color es solamente luz que incide en la superficie de un cuerpo denso. Avicena en *6 Naturalium, 3 p., cap. 1* sostiene la misma tesis. Cita a Alfarabi y Avempace. La misma casi Alejandro en el *lib. 1 Quaestionum Naturalium (q. 1), cap. 2.* Afirma, en efecto, que el color no difiere esencialmente de la luz, sino que la luz recibida en un cuerpo opaco es color. La sostienen Juan Vives en *1 De Anima, cap. De visu,* Egidio y Cayetano al estudiar el tema en el *cap. 6.*

2 Tesis: No obstante mantengo que el color en su entidad sustancial es una cualidad, radicada en el cuerpo colorado sin necesidad de iluminación, que resulta en el cuerpo, de la mezcla de los elementos.

Es teoría de Santo Tomás en múltiples pasajes y es generalmente aceptada.

Prueba.

Primero. La vista distingue en el objeto entre luz y color, blancura, por ejemplo, etc. Ve, en efecto, que dos cuerpos están igualmente iluminados, y, con todo, uno es blanco y otro negro.

Item, probatur, [2.°], experientia, quod lumen existens in corpore albo remittitur, albedine [manente] immutata; ergo albedo non est lux [ipsa]. Antecedens patet, nam si quis videat [rem albam] a certa distantia, et lux remittatur, minus videbit illam; si tamen visus approximetur [rei albae] in [tanta] proportione [quanta] est remissio luminis, videbit illam aequaliter, licet lux sit minor, quia quantum deest de illuminatione, tanto suppletur de approximatione; tunc ergo visus percipit clare lumen esse minus, et tamen albedinem manere eodem modo; ergo, 1.°, sequitur <hanc> esse <distinctam>. 2.°, albedinem non desinere esse in absentia luminis, quia si desineret, proportionaliter remitteretur cum illa.

Item, [3.°], experientiae [aliae] iuvant, quia eadem res semper observat eumdem colorem, nisi ab [intrinseco] mutetur; et res /
diversae habent diversos colores; non videtur autem possibile quod *P248*
tanta diver/sitas sit mere accidentalis ex parte subiecti. *S158*

Item, [4.°], incredibile est quod ex sola absentia solis desinat homo esse albus aut niger, et quod per solam illuminationem reproducantur omnes illius colores.

Item, [5.°], si color est idem quod lux, colores non differrent essentialiter inter se. Quod est contra sensum. Sequela patet, nam non differunt essentialiter a luce; ergo neque inter se, [nam quae sunt eadem uni tertio etc.].

Item, [6.°], lux recepta in corpore terminato non semper causat colorem, ut patet in luna et terra; ergo color aliquid aliud est.

Item, [7.°], contraria sententia nullum habet [firmum] fundamentum, et multa dicit incredibilia.

3 Ultima pars conclusionis [hinc] a posteriori videtur vera. Quia color non reperitur, nisi in corporibus mixtis; ergo signum est esse qualitatem resultantem ex mixtione.

(III 15, 2) *L.* 43 probatur *S*, docet *PL*. 43 2.° *PL, om. S.* 44 manente *PL, om. S.* 45 ipsa *PL, om. S.* 46 rem albam *PL*, album *S*. 46 illam *SP*, alborem (Ib.) *L*. 47 rei albae *PL*, albo *S*. 47 tanta *P, om. S.* 47 quanta *P*, qua *S*. 48 lux *S*, lumen *P*. 48 minor *S*, minus *P*. 49 deest *S*, defuit *P*. 50 clare *SP, om. L.* 51 hanc] hic *S*, haec *P*. 51 distinctam] distincta *P*, distantiam (!) *S*. 51 2° *S*, et praeterea sequitur *P*. 52-3 quia... illa *SP, om. L.* 54 3.° *PL, om. S.* 54 aliae *PL, om. S.* 54 quia *S*, nam *P*. 55 eumdem *SL*, eamdem (!) *P*. 55 intrinseco *PL*, extrinseco (!) *S*. 56 diversos *SL*, diversissimos *P*. 56 non... possibile *S*, non potest autem intelligi *P*. 58 4.° *PL, om. S.* 59 aut *S*, vel *P*. 60 omnes *om. P.* 60 illius *S*, *illi P*. 61 5.° *PL, om. S.* 62 Quod... sensum *SP, om. L.* 62 Sequela *S*, *praem.* et *P*. 63 neque *S*, nec *P*. 63-4 nam... etc. *P, om. S.* 65 6.° *PL, om. S.* 65 terminato *SP*, opaco *L*. 66 et terra *SP*, quae lucem aspectui obiicit, non colorem. (Ib.) *L*. 66 ergo... est *SP, om. L.* 67 Item *S*, tandem *PL*. 67 7.° *P, om. S.* 67 contraria *S*, haec *PL*. 67 firmum *PL, om. S.*

3 70 Quia *S*, quod *P*, enim *L*.

Segundo. Hay asimismo prueba de experiencia. La luz recibida en un cuerpo blanco experimenta disminución sin cambio alguno de la blancura; luego la blancura no es la propia luz. El antecedente es evidente: si desde cierta distancia está alguien viendo un objeto blanco y se produce disminución de luz, lo verá menos, pero si la vista se aproxima al objeto blanco en la proporción exigida por la disminución de la luz, lo verá igual, a pesar de la disminución de la luz, porque la falta de iluminación será compensada proporcionalmente por la aproximación; en ese momento la vista percibe claramente que hay disminución de luz, sin cambio alguno de la blancura; luego 1.ª consecuencia: aquí hay una diferencia. 2.ª la blancura mantiene su existencia en ausencia de la luz, porque si no la mantuviera, iría proporcionalmente disminuyendo con ella.

Asimismo, tercero. Está el apoyo de otras experiencias: una misma cosa ofrece siempre un mismo color, a menos que experimente un cambio intrínseco; y cosas distintas poseen distintos colores; ahora bien, no parece posible que diversidad tan acusada sea meramente accidental por parte del sujeto.

Asimismo, cuarto. Es increíble que un hombre, por la mera ausencia de luz, deje de ser blanco o negro, y que por la mera iluminación se reproduzcan todos sus colores.

Asimismo, quinto. Si color y luz son lo mismo, los colores no se diferenciarían esencialmente entre sí. Cosa contraria al sentido. La ilación es evidente, pues si no difieren esencialmente de la luz, tampoco entre sí, porque dos cosas iguales a una tercera, etc.

Asimismo, sexto. La luz recibida en un cuerpo-término no siempre origina color, como es evidente en la luna y en la tierra; luego el color es algo distinto.

Asimismo, séptimo. La teoría contraria no posee fundamento firme alguno y hace numerosas afirmaciones increíbles.

3 Última parte de la tesis. Desde este nivel tiene a posteriori visos de verdadera. Como el color se halla únicamente en los cuerpos mixtos, ello es señal de que es una cualidad que resulta de la mezcla.

Modus autem quo resultat sic potest explicari: Inter elementa sunt quaedam corpora diaphana secundum se. Est unum lucidum, scilicet ignis, et aliud opacum, scilicet terra. Diaphaneitas, ut dictum est,[71] disponit ad illuminationem, opacitas vero impedit illam, et ideo terra non potest illuminari secundum se totam, sed in superficie tantum. Mixta ergo, quae ex elementis quodammodo componuntur, et inter ea media sunt, ⌊quo⌋ magis participant de natura aquae [vel aeris], eo sunt magis diaphana, ut est crystallum; in quibus autem praedominatur terra sunt magis opaca, non tamen adeo sicut terra, quia propter mixtionem aliorum elementorum aliquod retinent vestigium diaphaneitatis; ⌊unde⌋ dici solent perspicua terminata, / id est, in quibus **P248v** perspicuitas est terminata et quasi suffocata [ab opacitate]. Et hinc est quod lux alterius elementi, scilicet ignis, non potest in istis mixtis manere, propter opacitatem eorum, et quia ibi non manet formaliter ignis; tamen quia in mixtione non totaliter corrumpuntur elementa, sed etiam [in mixto] quodammodo manent, ideo lux ignis, licet formaliter non ⌊maneat⌋, non tamen omnino ⌊corrumpitur⌋, sed in aliam qualitatem degenerat, quae est color, quia cum mixtum habeat diaphaneitatem cum opacitate, fit incapax lucis secundum se totum, tamen fit capax [cuiusdam] qualitatis quodammodo concernentis lucem; et illa est color. Et hoc modo dimanat ex mixtione elementorum ratione lucis et diaphaneitatis ad opacitatem terminatae.

Quod [etiam] potest explicari ex modo quo generantur colores in aere. Ibi enim tria concurrunt, scilicet lumen participatum a sole, diaphaneitas aeris, opacitas nubis; et inde resultat color. Et tamen est differentia, quod ille color cito transit, quia illuminatio solis parum durat, et mixtio est imperfecta. Alii vero colores durant propter perfectam mixtionem in qua fundantur.

Ita [explicat hoc] Plato, *Dialogo De Natura*,[72] ubi dicit colores esse "flammas a singulis corporibus dimanantes, partes habentes visui

---

72 sic *S*, ita *PL*. 72 explicari *SL*, exponi *P*. 72-3 elementa *add.* aër et aqua (III 15, 3) *L*. 73 corpora *om. PL*. 73 secundum se *S*, in potentia tantum *P*, tantum (Ib.) *L*. 73 Est *S*, et *P*. 74-5 dictum est *SL*, diximus *P*. 77 tantum *S*, ut plurimum *PL*. 78 quo *L*, quae *SP*. 78 magis participant *PL*, participant magis *S*. 78 vel aëris *PL*, *om. S*. 79 ut est crystallum *S*, ut patet in vitro et cristallo *PL*. 79 in quibus autem *S*, at vero mixta in quibus *P*. 82 unde *PL*, et *S*. 83 ab opacitate *PL*, *om. S*. 83 opacitate *add.* ne interius illabatur (III 15, 3) *L*. 84 istis *S*, huiusmodi *PL*. 85 ignis *om. P*. 86 etiam *om. PL*. 87 in mixto *PL*, *om. S*. 87 quodammodo *S*, aliquo modo *PL*. 88 maneat *P*, maneant (!) *S*. 88 corrumpitur *P*, corrumpuntur (!) *S*. 88 aliam qualitatem *SL*, alia qualitate (!) *P*. 89-90 diaphaneitatem cum opacitate *S*, aliquam diaphaneitatem, licet opacatam *P*. 90 totum *SL*, totam (!) *P*. 91 cuiusdam *P*, *om. S*. 94 etiam *PL*, *om. S*. 95 scilicet *S*, nempe *P*. 96-7 Et tamen *S*, solum *P*. 100 explicat hoc *P*, *om. S*. 101-2 partes... accommodatas *SP*, *om. L*.

---

[71] d. 7, q. 1, n. 9 [72] *Tim.* 67 c

Una explicación posible del modo como resulta es ésta: Entre los elementos los hay que son cuerpos transparentes en sí mismos. Hay uno luminoso, el fuego, y otro opaco, la tierra. En orden a la iluminación, como queda dicho, la transparencia es su disposición, la opacidad, su obstáculo, y por lo mismo la tierra no es susceptible de iluminación en su totalidad, sino solamente en la superficie. Los cuerpos mixtos, que constituyen un género de compuesto de elementos en su término medio, cuanta mayor participación posean en la naturaleza del agua o del aire, tanta mayor transparencia, caso del cristal; cuando hay en cambio predominio de tierra, resultan más opacos, si bien no tanto como la tierra, por retener alguna huella de transparencia debida a la mezcla de los otros elementos; de ahí el título frecuente de claros en su término, es decir, cuerpos en que la claridad tiene un término y queda como ahogada por la opacidad. Y de aquí la imposibilidad de que la lumbre del otro elemento, el fuego, se conserve en los cuerpos mixtos, debido a su opacidad y a que en ellos el fuego no se conserva formalmente; no obstante, como en la mezcla no hay total corrupción, sino de algún modo conservación de los elementos, por ello la lumbre del fuego, sin conservarse formalmente, no experimenta corrupción absoluta, sino transformación en otra cualidad, que es el color; en efecto, el mixto, que posee transparencia al lado de la opacidad, se hace incapaz de lumbre en su totalidad, pero se hace capaz de una cualidad que, de alguna manera, atañe a la lumbre, el color. Y éste es el modo cómo dimana de la mezcla de los elementos, en virtud de la lumbre y la transparencia, limitadas por el término de la opacidad.

La cosa halla también posible explicación en el modo de generarse los colores en el aire. Son tres los factores de este fenómeno: la luz recibida del sol, la transparencia del aire, la opacidad de la nube; de los tres resulta el color. Con todo hay una diferencia: ese color es de rápida transición, porque la iluminación del sol es de corta duración y la mezcla, imperfecta. En cambio, la duración en los otros colores es debida a la mezcla perfecta que los mantiene.

Es similar la explicación de Platón en su *Diálogo De Natura:* para él los colores son "llamas que dimanan de cada cuerpo particular, las cuales poseen planos apropiados para una sensación visual". Da a

ad sentiendum accommodatas". Vocat enim colores flammas, quia sicut ex igne dimanat lux, ita a mixto dimanat color, qui est quasi lux quaedam offuscata opacitate mixti.

Ita etiam [explicat] Aristoteles, *lib. De coloribus,* [73] et Albertus, *Summa / de homine, q. De substantia coloris;* [74] / D. Thomas, hic, *lect. 14.* [75] Et ita color differt essentialiter a luce, licet quodammodo fundetur in illa; oritur enim ratione illius. Et ideo Albertus, hic, *tract. 3, cap. 7,* [76] ait quod lux est hypostasis coloris, id est fundamentum eius. [Idem] D. Thomas, in *3, d. 23, q. 2, a. 1, ad 1.* S158v

4 Hinc etiam explicatur definitio Aristotelis de colore, scilicet "est extremitas perspicui in corpore terminato." [77] Vocat enim corpus terminatum [corpus] in quo diaphaneitas est admixta opacitati, et ab illa terminatur; tale autem corpus est perspicuum et illuminabile, tamen in [extrinseca] superficie. Ait ergo quod illa qualitas, quae est in extremitate perspicui corporis terminati, illa est color, unde addendum est "perspicui ut sic". Color enim iuvat ad perspicuitatem rei.

Et adhuc definitio est obscura et male tradita; non enim explicat veram coloris essentiam. Et [praeterea], quia color non tantum est in superficie, sed [etiam] in profunditate, ut [patet] in lacte, nive, [sanguine], etc.

Alii ergo exponunt quod extremitas ibi sumitur metaphorice, ut idem sit quod perfectio, nam extremitas est quasi complementum rei; color ergo dicitur extremitas, id est, qualitas et perfectio corporis perspicui terminati ut sic. Sed metaphora illa non est ad sensum Aristotelis, et in definitionibus [metaphoris] uti est vitium [magnum] secundum Aristotelem, in *Topicis.* [78] Unde forte hic non [intendit] [definire] exacte colorem, sed tantum aliquo modo explicare illum nobis. Propria autem [illius] definitio esse posset: Color est qualitas actuans corpus

---

105 explicat *P, om. S.* 105 et *om. P.* 107 14 *SL,* 4 *P.* 109 id est... eius *SP, om. L.* 110 Idem *P, om. S.*

4 113 corpus *P, om. SL.* 113 admixta *S,* immista *P.* 114-5 est... superficie *SP,* qua ex parte perspicuum est, sive diaphanum, id est, quoad extremam superficiem, capax est illuminationis (III 15, 3) *L.* 115 extrinseca *P,* extrema *S.* 115 superficie *add.* qua vero est opacum, terminatum dicitur, ac proinde intimae illustrationis incapax (Ib.) *L.* 116 unde *S,* et *P.* 117 enim *S,* nam *P.* 118 adhuc *SL,* adeo *P.* 118 enim *S,* quia *P.* 119 praeterea *P, om. S.* 120 etiam *PL, om. S.* 120 patet *PL, om. S.* 120-1 sanguine *PL, om. S.* 124 ergo *om. P.* 126 metaphoris *P,* metaphoricis (!) *S.* 126 magnum *P, om. S.* 126-7 secundum Aristotelem *S,* teste eodem Aristotele *P.* 127 hic *S,* ibi *P.* 127 intendit *PL, om. S.* 127 definire *P,* definit *S.* 129 illius *P, om. S.*

---

[73] c. 1: 791 a-792 a 3 (passim)

[74] q. 21, a. 3, part. 1 (Quid sit color?): o. c., t. 35, p. 188

[75] *De an.* II, lect. 14, n. 425

[76] *De an.* II: o. c., t. 5, p. 246

[77] *De sensu,* cap. 3: 439 b 11 sq.

[78] Z 2: 139 b 34 sq.

los colores el nombre de llamas por esta razón: así como del fuego dimana la lumbre, así del mixto dimana el color, que viene a ser una lumbre obscurecida por la opacidad del mixto.

Similar es también la explicación de Aristóteles en el *lib. De coloribus,* de Alberto en *Summa de homine, q. De sustantia coloris,* de Santo Tomás en *lect. 14.* Y en este sentido difiere esencialmente de la lumbre, si bien fundado de algún modo en ella; pues de ella trae su origen. Y por eso dice Alberto, *tract. 3, cap. 7,* a este respecto que la lumbre es la hipóstasis del color, es decir, su fundamento. Lo mismo Santo Tomás, en *3, d. 23, q. 2, a. 1, ad 1.*

4 Aquí está la explicación de la definición aristotélica del color como "la superficie de lo claro en un cuerpo-término". Da el nombre de cuerpo-término, al cuerpo en que la transparencia se halla mezclada con la opacidad y limitada terminalmente por ella; un cuerpo así es claro e iluminable, pero sólo en la superficie exterior. Afirma, pues, que esa cualidad que reside en la superficie del cuerpo-término claro es justamente el color, por lo que es forzosa la adición de "claro en cuanto tal". El color, efectivamente, apoya la claridad del objeto.

Y la definición es todavía obscura y no bien formulada por no explicar la verdadera esencia del color; y además porque el color reside no sólo en la superficie, sino también en la profundidad, como aparece en la leche, nieve, sangre, etc.

Otros autores interpretan que "superficie" tiene en el texto un sentido metafórico, de perfección, por ser la superficie como el complemento del objeto; por tanto se habla del color como de una superficie, es decir, una cualidad y perfección del cuerpo-término claro en cuanto tal. Mas la mentada metáfora no va con el sentido de Aristóteles, y el empleo de metáforas en las definiciones es grave defecto, según Aristóteles, en los *Tópicos.* De ahí quizá que no sea su propósito dar en ese pasaje una definición exacta de color, sino despejar, de algún modo, al lector su concepto. La definición propia de color puede ser: cualidad que actualiza el cuerpo mixto, en cuanto posee en cierto grado una cla-

mixtum, inquantum perspicuitatem [aliquam] habet opacitate terminatam.—Et haec de primo [sufficiant].

5 Circa secundum est notandum, quod inter colores duae sunt species extreme distantes, scilicet albedo et nigredo, inter quas assignatur communiter differentia, quod albedo causatur ex abundantia luminis cum parva opacitate, / nigredo vero cum defectu luminis et *P249v* excessu opacitatis.

Quod ex effectibus confirmatur. Lux enim disgregat visum, quod etiam albedo facit; ergo multum participat de luce; nigredo vero congregat et extreme distat ab albedine; ergo.

Habet tamen difficultatem haec sententia. Res enim [densissima et] opacissima saepe est [valde] alba, ut patet in argento; et res rarior et transparens est nigra, ut patet in cornu nigro et in aliquo lapide nigro; ergo hi colores non proveniunt ex opacitate et lumine.

Alii referunt has qualitates ad primas [activas], tribuentes calori nigredinem, frigiditati albedinem, quod videtur experientiae consonum.

Hoc tamen non satisfacit, quia nullam convenientiam habent istae qualitates cum illis.

Item, potius ex calore dimanat albedo. Calor enim est virtus ignis, et ubi praedominatur calor, praedominatur ignis; ergo et lumen, vel [saltem] albedo, quae magis de lumine participat.

6 / Dicendum tamen [est] utramque opinionem ex parte habere verita- *S159* tem, nam cum istae qualitates consurgant ex mixtione elementorum, albedo causatur ex maiori participatione lucis [ignis], et ex convenientia [cum] aqua [et aere] in transparentia. Et ideo res aqueae, ut nix, argentum, etc., sunt albae; nigredo vero provenit ex praedominio terrae, et opacitate illius, et ex defectu luminis; unde si contingat rem minus densam esse magis nigram, est quia parum participat de natura ignis et luminis. Calor autem causat nigredinem, cum admiscetur cum re terrestri, quam exsiccat; tamen adiunctus humiditati [potius] causat

---

130 aliquam *PL, om. S.* 131 sufficiant *P, om. S.*

5 133 extreme] extremę [= extremae] *S.* 134 assignatur *S,* solet... assignari *PL.* 135 defectu... et *om. P.* [*laguna de transcripción*] 137 enim *SL,* nam *P.* 138 facit *S,* habet *P.* 140 enim *S,* nam *PL.* 140-1 densissima et *PL, om. S.* 141 valde *PL, om. S.* 141 res *add.* alia *P.* 142-3 et... nigro [et *S,* vel *P*; aliquo *S,* albo et (et in lapide albo et nigro) *P*] *SP.* 144 ad *SL,* in *P.* 144 activas *P, om. SL.* 144 tribuentes *SL,* tribuentis (!) *P.* 147 Hoc tamen *S,* sed nec [neque *L*] hoc *PL.* 149 Item *add.* 2.° *P.* 149 dimanat *S,* debet dimanare *P.* 149 enim *S,* nam *P.*

6 152 159] 157 S. 152 est *P, om. SL.* 152 opinionem *SL,* istarum opinionum *L.* 153 cum] *S sup.* 153 cum *SL,*... [?] *P.* 154 ignis *P, om. S.* 155 cum *PL,* in (!) *S.* 155 et aere *PL, om. S.* 155 in *S, praem.* et *P.* 155 transparentiam *add.* et claritatem [quod transparentiam et claritatem] (III 15, 5) *L.* 156 etc. *S,* et similes *PL.* 157 opacitate *SL,* opacitatis *P.* 159 cum *SL,* quando *P.* 160 potius *PL, om. S.*

ridad terminalmente limitada por la opacidad. Y acerca del primer tema baste lo dicho.

5 En torno al segundo es necesaria una observación: son dos las especies extremas de color, el blanco y el negro. Se les atribuye comúnmente esta diferencia: la abundancia de luz unida a pequeña opacidad origina el blanco; la falta de luz unida a un exceso de opacidad origina el negro.

Confirmación por los efectos: La luz, efectivamente, dispersa la vista, y el blanco surte igual efecto; luego participa ampliamente de la luz; el negro, en cambio, la concentra y ocupa el extremo opuesto de lo blanco; consiguientemente.

Esta teoría encuentra, sin embargo, una dificultad: Veamos; a veces una materia muy densa y opaca es sumamente blanca. Ejemplo claro, la plata. Y un objeto más sutil y transparente es negro. Ejemplo claro, el cuerno negro y algún ejemplar de piedra negra; luego en estos casos los colores no provienen de la opacidad y la luz.

Otros autores remiten las susodichas cualidades a las primarias activas, achacando el negro al calor, el blanco al frío, cosa, al parecer acorde con la experiencia.

No es satisfactoria, sin embargo, la explicación. Pues entre ellos y las referidas cualidades no hay afinidad alguna.

Asimismo, el calor es, al contrario, fuente del blanco. Pues el calor es un poder del fuego, y donde hay predominio de calor, hay predominio de fuego; consiguientemente lo hay de luz y de, al menos, el blanco, que tiene una mayor participación de luz.

6 Es, sin embargo, forzoso afirmar que ambas posiciones poseen su parte de verdad: como los colores brotan de la mezcla de los elementos, el blanco trae su origen de su mayor participación de lumbre de fuego, y de su afinidad en la transparencia con el agua y el aire. Por ello las materias ácueas, como la nieve, la plata, etc. son blancas; en cambio el negro proviene del predominio de tierra, de la opacidad de la tierra y de la falta de luz; por ello el caso de una materia menos densa y más negra se explica por la corta participación en la naturaleza del fuego y de la luz. Ahora bien, el calor origina el negro, cuando se mezcla con materia térrea, que él seca; en cambio, cuando va unido a la humedad, origina precisamente el blanco. Ejemplo, la leche. En la par-

albedinem, ut in lacte. [Et specialiter] in hominibus calor urit flavam bilem, et generat atram, quae tingit ⌊colorem⌋. / Saepe enim in homi- P250
nibus [aliqua] mutatio coloris provenit ex abundantia ⌊humoris⌋ alicuius. In hoc tamen nihil est certum.

7 [Praeterea notandum quod] inter has extremas species sunt aliae mediae, quae ad sex reduci solent, scilicet palidum, rufum, flavum, rubeum, viride, ac lividum. Quod si aliae species esse videntur, forte [non sunt species simplices, sed] sunt ex his mixtae, ⌊vel⌋ ad has reducuntur. Qui sex colores, licet medii dicantur, non tamen est putandum componi formaliter ex extremis, sed potius sunt colores simplices, sicut extremi, ut docet Aristoteles, *De sensu, cap. 3.*[79]

[Et patet], quia non fiunt ex mixtione extremorum per eorum remissionem, sed resultant per se ex propria elementorum commixtione, ut videre est in nubibus, ubi diversi fiunt colores tam medii, quam extremi, secundum diversas mixtiones lucidi et diaphani terminati ad opacum. Dicuntur ergo medii propter approximationem vel elongationem ad alterum extremorum, quia proportio requisita inter lumen et perspicuum terminatum ad generationem albedinis est minima opacitas cum multitudine lucis; ad generationem [vero] nigredinis contrarium [in extremis] requiritur, scilicet multa opacitas et minima lux. In aliis vero coloribus requiritur media proportio, et ideo medii dicuntur. Verum est tamen quod aliquando [etiam] datur medium per participationem extremorum, ut si albedo remittatur et illi admisceatur nigredo, fit fuscum, quod non est simplex color, sed duo extremi remissi, ut dictum est *d. 5,*[80] [et *lib. 2*] *De generatione,* [*q. 3*].[81]

8 [Ultimo est] notandum circa colores quosdam esse veros, alios apparentes [tantum], ut ait Aristoteles, *lib. De coloribus,*[82]

---

161 Et specialiter *P, om. S.* 161 urit *S,* adurit *PL.* 162 colorem *P,* calorem (!) *S.* 162 in *add.* omnibus *P.* 163 aliqua *P, om. SL.* 163 humoris *PL,* coloris (!) *S.* 164 In hoc tamen *S,* sed in hac re *P.*

7 165 Praeterea... quod *P, om. SL.* 165 has *SL,* duas *P.* 166 mediae *add.* species *P.* 166 reduci solent *S,* reducuntur *PL.* 166 scilicet *SL, om. P.* 167 lividum *SL,* lucidum (!) *P.* 168 non... sed *P, om. S.* 168 ^{2}sunt *om. P.* 168 vel *P,* et *S.* 169 Qui *S,* isti autem *P.* 170 colores *S,* qualitates *PL.* 171 extremi *S,* extremae *praem.* ipsa *P.* 171 ut *SL,* quod *P.* 171 sensu *add.* et sensibili *PL.* 171 3 *SL, om. P.* 172 Et patet *P, om. S.* 173-4 commixtione *S,* mixtione *PL.* 176 opacum *SL,* opacam *P.* 177 quia *S,* nam *PL.* 178 minima *SP,* nimia *L.* 178-9 cum multitudine *S,* et multitudo *P.* 179 vero *PL, om. S.* 179-80 in extremis *L,* in extremo *P, om. S.* 180 scilicet... lux (scilicet *S,* nempe *P*) *SP, om. L.* 182 etiam *PL, om. S.* 183 admisceatur *S,* misceatur *PL.* 184-5 ut... d. 5 (dictum est *S,* diximus *P*) *SP, om. L.* 185 et lib. 2 *P, om. SL.* 185 q. 3 *P, om. SL.*

8 186 Ultimo est *PL, om. S.* 187 alios *SL,* quosdam *P.* 187 tantum *P, om. SL.* 187 ait *S,* notat *PL.*

---

[79] 439 b 25-440 a 6

[80] *Cfr.* d. 5, q. 2 (2.ª concl.), nn. 8 sq.

[81] *Cfr. De gen. et corrup.,* d. 5, q. 2: o. c. (Ms. *P,* f. 157^v)

[82] 792 a 9-27

ticular condición de los hombres el calor consume la bilis amarilla y genera la negra, que tiñe la tez. Pues es frecuente en los hombres que la abundancia de un determinado humor provoque un determinado cambio de color. Si bien en este punto no hay certeza alguna.

7 Una observación más: entre los extremos de estas dos especies quedan comprendidas las otras, que es corriente reducirlas a seis: azul, anaranjado, amarillo, rojo, verde y morado. Si, al parecer, existen otras especies, quizá no son especies puras: son mezcla de las anteriores o a ellas se reducen. Estos seis colores, aunque comprendidos en medio de los extremos, no hay que imaginarlos formalmente compuestos de los extremos; son más bien colores puros como ellos, según doctrina de Aristóteles.

Y es evidente, porque no se producen por la mixtura de los extremos, que se debilitan, sino que resultan, por sí mismos, de una mezcla auténtica de los elementos, como es dado ver en las nubes: en ellas se producen diversos colores, así intermedios como extremos, según las diversas mixturas de lo luminoso con el cuerpo opaco iluminado. Se les llama intermedios por su proximidad o lejanía respecto de ambos extremos. En efecto, la proporción entre luz y cuerpo opaco iluminado, exigida para la generación del blanco, consiste en el mínimo de opacidad unido al máximo de lumbre; mientras que para la generación del negro la proporción exigida es la contraria: máximo de opacidad y mínimo de lumbre. La exigida en los otros colores es intermedia y da ahí el nombre suyo de intermedios. Es verdad que a veces de la combinación de colores extremos resulta uno intermedio; la debilitación del blanco y su mezcla con el negro produce el fosco, constituido no por un color puro, sino por dos extremos debilitados, como queda dicho.

8 Última observación: Unos colores son verdaderos y otros sólo aparentes, como afirma Aristóteles, *lib. de coloribus* y *De sensu, cap. 3;*

et *De sensu, cap. 3;*[83] *3 Meteororum, cap. 4.*[84] Veri colores sunt qui secundum rem [subiectis] ⌊insunt⌋, ut albedo nivis. Apparentes sunt qui videntur et non sunt, ut hi qui videntur in collo columbae. / Patet *P250v* [enim] illos non esse veros colores, nam si ex diverso situ conspiciatur columba, diversi apparent colores. Est autem difficile universalem tradere regulam ad discernendos veros colores ab apparentibus. Quis enim dicat, an colores nubium sint veri vel non?

Ex altera enim parte videntur tam veri, sicut illi qui inter nos sunt. Et favet, quia [ibi] reperitur / causa sufficiens ad causandum colo- *S159v* rem. Et ideo ⌊hanc⌋ [partem] tuetur D. Thomas, *3 Meteororum, cap. 4,*[85] quem Colonienses[86] et alii sequuntur.

Ex altera [autem] parte videntur tantum apparentes; cito enim transeunt [et facile mutantur]. Et ideo ⌊hanc⌋ [partem] ⌊tuetur⌋ Venetus, *3 Meteororum;*[87] Soncinas, *7 Metaphysicae, q.* ⌊*9*⌋, *a. 1.*[88]

Simile dubium est de colore rubeo qui apparet ex reflexione [radiorum] solis facta a vitreo rubeo. Apparet enim [ille] verus color, quia videtur; et aliunde non apparet verus, quia non est unde causetur; difficile est ergo semper discernere veros colores ab apparentibus. Dici tamen potest quod quando color semper et eodem modo permanet, est verus color; quando autem cito transit, est consideranda causa illius, nam si est proportionata generationi coloris qui apparet, tunc est verus color, quamvis ⌊cito⌋ transeat. Et huiusmodi credo esse colores iridis et nubium. Si vero causa non apparet sufficiens ad ⌊producendum⌋ colorem, et maxime si stantibus omnibus eodem modo ex parte rei visae, propter variam applicationem potentiae, color videtur diversus, tunc deceptio est potentiae. Et ita contingit in coloribus [qui apparent in collo] columbae, et de illo qui ⌊apparet⌋ in vitreo rubeo ex reflexione

---

188 qui *add.* vere *P.* 189 subiectis *PL, om. S.* 189 insunt *PL,* sunt *S.* 190 ¹videntur... sunt *SP,* tantum in esse apparent (III 15, 7) *L.* 190 hi *S,* illi *P.* 190 ²videntur *S,* apparent *P.* 190 Patet *S,* constat *P.* 191 enim *P, om. S.* 191 colores *om. P.* 191 conspiciatur *S,* inspiciatur *P.* 194 nubium *S,* apparentes in nubibus *PL.* 194 veri vel non *S,* falsi an veri *P.* 195 altera *S,* una *P.* 195 tam *add.* proprie et *P.* 195 veri *SL,* vere *P.* 196 favet *add.* etiam *P.* 196 ibi *PL, om. S.* 197 hanc *PL,* haec *P.* 197 partem *PL, om. S.* 199 altera *S,* alia *P.* 199 autem *P, om. S.* 199 enim *S,* nam *P.* 200 et... mutantur *P, om. S.* 200 hanc *P,* haec *S.* 200 partem *P, om. S.* 200 tuetur *P,* tenet *S.* 201 9 *PL,* 7 *S.* 202 Simile dubium *S,* similis difficultas *PL.* 203 radiorum *P, om. S.* 203 facta *P, post* reflexione *S.* 203 enim *SL,* nam *P.* 203 ille *P, om. S.* 207 autem *S,* vero *P.* 207 consideranda *S,* advertenda *P.* 208 tunc *add.* iudicandum est *P.* 208-9 est verus color *S,* esse verum colorem *P.* 209 cito *P,* scito (!) *S.* 210 nubium *add.* cum ibi ea mixtio qualitatum, licet dissipatu facilis, concurrant, quae in mixtionibus aliis magis permanentibus dari solet. (III 15, 8) *L.* 210 producendum *PL,* videndum (!) *S.* 211 si *SL, om. P.* 213-4 qui... collo *P,* colli *S.* 214 apparet *P,* videtur, *add. iter.* in colo columbae *S.*

---

[83] 440 a 6-13
[84] 373 a 32-375 b 5 (passim)
[85] lect. 5
[86] ?
[87] ?
[88] O. c., f. 70v

3 Meteororum, cap. 4. Colores verdaderos son los realmente radicados en los sujetos, como el blanco de la nieve. Son aparentes los que, sin existir, se ven, como los que se ven en el cuello de la paloma. Evidentemente éstos no son verdaderos colores, porque, según varía el ángulo, desde donde se contempla la paloma, varían los colores. Es difícil dar una regla general para discernir colores verdaderos y aparentes. ¿Quién puede asegurar si los colores de una nube son verdaderos o no?

De un lado parecen tan verdaderos como los de nuestro alrededor. Y hay un apoyo: causa suficiente para originar el color existe. Y por lo mismo este punto lo defiende Santo Tomás en *3 Meteororum, cap. 4,* seguido por los Colonienses y otros.

Mas de otro lado parecen sólo aparentes por la rapidez de su transición y la facilidad de su cambio. Y por lo mismo Véneto defiende esta tesis, *3 Meteororum;* Soncinas, *7 Metaphysicae, q. 9, a. 1.*

El problema es similar para el color rojo que aparece por la reflexión de los rayos solares en un vidrio rojo. Aparece como verdadero color, porque se ve; y desde otro ángulo no aparece como verdadero por falta de una causa; es, pues, difícil discernir en todo momento colores verdaderos y aparentes. No obstante éste puede ser un criterio: cuando el color permanece absolutamente invariable, es verdadero color; cuando pasa rápidamente, es inevitable un análisis de la causa: si es adecuada la generación del color, el color entonces es verdadero, aunque pase rápidamente. Ese creo es el caso de los colores del arco iris y de las nubes. En cambio, si la causa no se muestra suficiente para la producción del color, y muy particularmente si una variación en la aplicación de la facultad produce una variación en la manifestación del color, mientras por circunstancias todas del objeto visto permanecen invariables, entonces el engaño reside en la facultad. Es el caso de los colores que aparecen en el cuello de la paloma y el del color que aparece en el vidrio rojo por reflexión de la luz en él, como se dijo

lucis in illo, ut supra dictum est,[89] nam sicut quando res alba videtur per medium rubeum apparet rubra, propter confusionem specierum, ita in proposito, quod reflectitur tantum est quidam splendor, admixtus tamen speciebus vitri rubri, / quae sunt intensiores propter inflammatio- **P251** nem solis radiorum, et illae simul cum speciebus [lucis] reflectuntur usque ad visum, et ideo apparet ille splendor rubeus. Vide Sebastianum Perez, *2 De Anima, cap. 7, q. 2,*[90] [qui late], sed obscure, ut solet, loquitur.

QUAESTIO 3.ª

Utrum sit unum obiectum visus, et quid sit illud

1 In hac quaestione unum certum est, scilicet visum habere aliquod obiectum adaequatum. Dicitur enim obiectum adaequatum id extra quod non potest ferri potentia, et intra quod nihil est ad quod ferri non possit. Omnis autem potentia debet habere aliquod obiectum tale necessario, immo debet habere unam rationem formalem obiecti sibi adaequatam, a qua sumat speciem, et ad quam per se primo [ordinetur]. Ordinatur enim potentia primo et per se ad obiectum adaequatum, non ad partialia.

Quo supposito, est d u b i u m in assignatione obiecti visus. Et r a t i o difficultatis est, quia cum visus videat lumen et colores, non constat, an aliquid illis commune, an [vero] aliquod illorum sit obiectum adaequatum visus; nec constat, an haec duo aequaliter videantur.

Ad cuius decisionem [prius] videndum est necessario quomodo lumen requiratur ad videndum. / Est enim n o t a n d u m [ex dictis] **S160** quod d u p l i c i t e r aliquid videtur a nobis: u n o modo ut terminus visionis, ut videtur paries: a l i o modo ut medium seu via, quomodo videtur aer medians inter parietem et visum. Videtur enim quasi per transitum, quia visus non sistit in aere diaphano omnino. In his ergo

---

215 in illo *om. P.* 215 ut... est *S,* quod supra etiam diximus *P.* 216 specierum *add.* ipsius obiectis (Ib.) *L.* 219 solis *om. PL.* 219 lucis *PL,* visus (!) *S.* 220 Vide *S,* videat *P, praem.* Qui plura de coloribus desiderat (Ib.) *L.* 220 Sebastianum *om. PL.* 221 Perez *S,* Peretium *P.* 221 De Anima *SL,* Animae *P.* 221 qui late *P, om. SL.* 221 ut solet *om. P.*

2 quid *SL,* quod *P.*

1 3 scilicet *S,* nempe *P.* 8 ordinetur *PL, om. S.* 8-10 Ordinatur... partialia *SP, om. L.* 11 Quo *S,* hoc ergo *PL.* 11 obiecti *S, praem.* istius *P.* 12 quia *S,* nam *PL.* 12 lumen *S,* lucem, *praem.* et *P.* 13 vero *PL, om. S.* 13 illorum *S,* istorum *P,* horum *L.* 13-4 obiectum *SL,* subiectum (!) *P.* 14 nec *add.* vero *P.* 15 cuius S, huius *PL, add.* autem *P.* 15 prius *PL, om. S.* 15 necessario *SP, om. L.* 16 160] 158 *S.* 16 ex dictis *P, om. S.* 17 ut *S,* tamquam *PL.* 18 ut *S,* tamquam *PL.* 19 medians *S,* qui mediat *P.* 20 aere diaphano *S,* re diaphana *PL.* 20 omnino *S, om. PL.*

---

[89] *Cfr. supra,* lin. 202 sqq. [90] O. c., ff. 136-141

anteriormente. En efecto, cuando un objeto blanco se ve a través de un medio rojo, aparece rojo por la confusión de especies; del mismo modo en nuestro caso: lo que se refleja es sólo un cierto brillo, que va, eso sí, mezclado con las especies del vidrio rojo, que poseen una mayor intensidad debida al ardor de los rayos solares; estas especies junto con las de la lumbre llegan reflejadas a la vista y de ahí ese brillo rojo que aparece. Véase Sebastián Pérez, en *2 De Anima, cap. 7, q. 2,* que, como de costumbre, tiene prolijas y obscuras palabras.

CUESTIÓN 3.ª

¿Es único el objeto de la vista? ¿Cuál en concreto?

1 En esta cuestión sólo hay una cosa cierta, que la vista posee un objeto adecuado. El objeto es adecuado si la determinación de la facultad es imposible fuera de su área, y plenamente posible dentro de la misma. Toda facultad necesita forzosamente ese tipo de objeto, es más, necesita una dimensión formal del objeto, que le sea adecuada para tomar de ella la especie y hacer de ella su fin propio y primordial. Pues el objeto adecuado, y no los parciales, constituye el fin propio y primordial de la potencia.

Asentada esta afirmación, surge un problema en la fijación del objeto de la vista. Y la dificultad radica en que, como la vista ve luz y colores, no tenemos certeza de si el objeto adecuado de la vista es un estrato común a los dos o es uno de entre los dos; tampoco tenemos certeza de si es igual el grado de visión de los dos.

Se hace necesaria, para zanjar el asunto, una previa consideración sobre la luz como requisito de la visión. Una observación inmediata: tenemos del objeto una manera doble de visión, o como término de la visión —tal la visión de una pared—, o como medio o vía —es el modo de ser visto el aire que media entre la pared y la vista—; es como una visión de pasada, porque la vista no se detiene en absoluto en el aire transparente. En la visión de un objeto como medio es cierto que la luz del medio constituye la razón de la visión. Pues en el caso,

quae videntur, ut media, certum est lumen [medii] esse rationem videndi. Ibi enim lumen tantum videtur primo et per se. Difficultas ergo est in his quae videntur, ut termini visionis.—Ubi [etiam] est notandum quod res terminans visionem potest esse lucida tantum, / ut ignis, *P251v* stella, etc., vel potest esse res colorata, ut paries etc.

2 Hoc supposito [sit] prima conclusio: Res lucida videri potest ratione suae lucis tantum, neque requiritur lumen in medio ut videatur.

Probatur ex Aristotele,[91] hic, dicente quod res quaedam videntur in tenebris.

Et patet experientia: Videmus enim [etiam] a longe in tenebrosissima nocte lucernam; ergo illa res lucida potest videri per medium non illuminatum.

Est tamen sciendum Avicennam, *6 Naturalium, p. 3, cap. 3,*[92] opinasse haec lucida numquam videri absque illuminatione medii, quia [ipsummet] lucidum illuminat medium quantum necessarium est, ut videatur. Et ita etiam in his salvat quod videatur per medium lucidum non praesuppositum, sed ab illis factum. Et hoc modo intelligit differentiam positam hic ab Aristotele[93] inter ea quae videntur in luce et in tenebris. Utraque enim —ait— videntur per medium lucidum, tamen quaedam supponunt illud ut species imprimant, et haec dicuntur videri in lucido; quaedam vero —[ait]— non supponunt medium illuminatum, sed ipsamet illuminant illud, et haec dicuntur videri in tenebris, quia medium, ut supponitur actioni visibili, tenebrosum est. Et hoc videntur amplecti D. Thomas[94] et Caietanus,[95] hic.

Aliis tamen hoc non placet, sed aiunt haec lucida videri omnino in tenebris, nullo medio illuminato. Quod videtur consonum experientiae. Murilegi enim oculus videtur in loco tenebroso, et tamen oculus ipse non videtur habere virtutem, ut illuminare possit totum locum. Et

---

21 certum *(iter. S) SL,* certa res *P.* 21 lumen *SPL,* flumen (!) *V.* 21 medii *P, om. SL.* 21 esse *SL,* et (!) *P.* 22 enim *SL,* nam *P.* 22 in *S,* de *PL.* 23 etiam *P, om. S.* 24 ignis *add.* luna *P.* 25 etc. *om. PL.* 25 potest esse *om. PL.* 25 paries *S,* quando video parietem *P.* 25 etc. *om. PL.*

2 26 sit *P, om. S.* 27 neque *S,* nec *P.* 27 lumen in medio *SL,* medium lucidum *P.* 29 hic *om. P.* 29 dicente *SPL, post.* tenebris *S.* 31 Et *S,* ut *P.* 31 etiam *P, om. S.* 32-3 ergo... illuminatum *SP, om. L.* 34 Est tamen *S,* sed *P.* 36 ipsummet *P, om. S.* 36 lucidum *add.* quod videtur *P.* 37-8 Et... factum (in his *om. P) SP, om. L.* 39 positam... Aristotele *S,* quam Aristoteles hic ponit *P.* 41 illud *S,* medium illuminatum *P,* lucidum *L.* 42 ait *P, om. S.* 44 quia... est (medium... visibili *S,* ut supponitur medium actione visibilis *P) SP, om. L.* 45 hoc *S,* hanc doctrinam *P.* 46 aiunt *S,* inquiunt *P.* 46-7 omnino *S,* prorsus *P, om. L.* 47 nullo *add.* modo *P.* 48 Murilegi *S,* felis *P,* felium (III 16, 2) *L.* 48 enim *S,* nam *PL.* 48 loco *S,* cubiculo *PL.* 49 ipse *S,* ille *P.* 49 ut... locum *S,* ad

---

[91] *De an.* B 7: 419 a 2 sqq.

[92] O. c., f. 11v, col. 1

[93] *Cfr. supra not.* 91

[94] *De an.* II, lect. 15, nn. 429 sq.

[95] *De an.* II 6, nn. 202 sqq.: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, pp. 186 sqq.

la luz es el objeto único propio y primario. Surge la dificultad en el objeto que se ve como término de la visión. Aquí es precisa otra observación: el objeto-término de visión puede ser un cuerpo meramente luminoso, como el fuego, una estrella, etc., o puede ser un cuerpo con color, como la pared, etc.

2 Hecha esta precisión, se establece la primera tesis: Un objeto luminoso puede verse en virtud exclusiva de su lumbre, sin que para la visión sea exigida la luz en el medio.

Prueba: La afirmación de Aristóteles de que hay objetos que se ven en la obscuridad.

Y hay una experiencia evidente; En la noche más obscura vemos una luciérnaga incluso desde lejos; luego este objeto luminoso puede ser visto a través de un medio no iluminado.

Importa, no obstante, conocer la opinión de Avicena, *6 Naturalium, p. 3, cap. 3;* la visión de estos cuerpos luminosos jamás acontece sin la iluminación del medio, porque el propio cuerpo luminoso ilumina el medio en la medida necesaria para la visión. Y de ese modo incluso en estos cuerpos pone a salvo la visión a través de medio luminoso, no presupuesto sino creado por ellos. También de ese modo entiende la diferencia establecida en este punto por Aristóteles entre objetos vistos en la luz y en la obscuridad. Ambos —afirma— se ven a través de un medio luminoso, si bien unos lo imponen para la impresión de las especies: son, los objetos vistos en la luz, y otros —afirma— no suponen el medio ya iluminado, sino que ellos, justamente, lo iluminan: son los objetos vistos en la obscuridad, dado que el medio, en cuanto previamente supuesto a la acción visual, es obscuro. Santo Tomás y Cayetano, al parecer, aceptan este punto de vista.

Otros autores lo rechazan, porque tales cuerpos luminosos, afirman, se ven en la más perfecta obscuridad, sin iluminación alguna del medio y esto parece más acorde con la experiencia. En efecto, el ojo del gato se ve en paraje obscuro, y, sin embargo, no parece que el ojo

Aristoteles, *De sensu, cap. 2,*[96] videtur dicere quod haec, quae fulgent in tenebris, non lucent.

Dicendum tamen [quod] actio rei lucidae duplex est: alia productiva luminis, alia productiva specierum visualium. Istae vero actiones non videntur habere intra se subordinationem, ita ut intelligamus actionem illuminativam praecedere natura, et disponere medium ad receptionem specierum visualium, quia sicut illuminatio [immediate] fit circa subiectum antea tenebrosum, et per illam illuminatur, ita actio productiva specierum posset fieri immediate circa medium lumine carens; nec est ratio, cur fingamus / illuminationem medii P252 praerequiri, ut illius dispositionem. Et hoc [est quod] praecipue voluimus / in conclusione. S160v

3 An vero illae duae actiones semper se comitentur, non pertinet ad rem, et [utrumque] est probabilis, quia cum utraque actio [fiat] sine contrario, et procedat a principio naturaliter agente, videtur quod utraque [semper] debeat fieri ad aequalem distantiam.

Ex alia [autem] parte videtur quod ad maiorem distantiam possit lucidum diffundere species, quam lumen. Species enim est quid imperfectius, et ideo minor virtus requiritur ad faciendam illam, et sic poterit fieri ad maiorem distantiam.

4 Secunda conclusio: Color, ut possit videri et imprimere species in visu, requirit per se quod sit illuminatus; ex parte autem medii requirit lumen magis ex consequenti quam per se, tamen ex parte potentiae simpliciter non est necessarium.

Haec conclusio est D. Thomae, nam licet *1 p., q. 79, a. 3, ad 2,* dubitanter de ea loquatur, tamen *q. 67, a. 3, ad 3,* absolute tenet eam. Ait enim quod lux facit "colores actu visibiles". Idem in *1, d.* [*45*], *a. 2, ad 1,* et *d. 48, a. 2,*[97] ubi ait quod in obiecto visus color se habet ut materiale, lux autem [ut] formale. Idem [habet] in *2, d. 20, q. 2, a. 2,*

---

illuminandum totum cubiculum *P.* 50 sensu *add.* et sensibili *PL.* 50 dicere *S,* asserere *P.* 52 Dicendum tamen *S,* sed in hoc videtur dicendum *P.* 52 quod *P,* quia *S.* 53 vero *S,* autem, *add.* duae *P.* 56 quia *S,* nam *PL.* 56 illuminatio *S,* actio illuminativa *P,* ipsa illuminativa (III 16, 3) *L.* 56-7 immediate *PL, om. S.* 57 antea *S, praem.* quod, *add.* erat *P.* 60 ut *S,* tamquam *PL.* 60 est quod *PL, om. S.*

3 62-3 non... rem *SL,* quaestio est ad rem non pertinens *P.* 63 utrumque *P,* utraque parte *S.* 63 est *SL, om. P.* 63 quia *S,* nam *P.* 63 fiat *PL,* procedat *S.* 64 videtur *S,* apparet *PL.* 64 quod *om. P.* 65 semper *PL, om. S.* 66 autem *PL, om. S.* 67 lucidum *S,* res lucida *P.* 67 enim *S,* nam *P.* 68 faciendam *S,* producendam *P.* 68 sic *S,* ita *P.* 69 distantiam *add.* utraque ergo pars est probabilis, sed haec ultima videtur probabilior, quam etiam confirmant adductae experientiae (III 16, 3) *L.*

4 71 sit *SL,* situs (!) *P.* 76 45 *PL,* 5 *S.* 78 autem *om. PL.* 78 ut *PL, om. S.* 78 habet *P, om. S.* 78 *add. in margine a. m.*: De veritate, q. 8, 14, 6.^{m} (2.^{m} *S*) *S.*

---

[96] 437 a 31 sq.

[97] *Sent.* I, d. 45, a. 2, ad. 1; d. 48, a. 2

en sí posea poder para iluminar el paraje entero. Y el propio Aristóteles parece afirmar que los que así brillan en la obscuridad no son luminosos.

Importa, con todo, afirmar que la acción del objeto luminoso es doble: acción productiva de luz y acción productiva de especies visibles. No hay, al parecer, subordinación interna entre estas acciones, de suerte que la acción iluminadora entendamos que se adelanta por naturaleza a disponer el medio para la recepción de las especies visibles. Razón: Así como la iluminación se genera de inmediato sobre un objeto antes obscuro, y queda con ella iluminado, así también la acción productiva de especies puede generarse de inmediato sobre el medio carente de luz; y no hay razón para imaginar que la iluminación del medio sea disposición, previamente exigida, de aquélla. Hasta aquí el propósito principal de nuestra tesis.

3 La cuestión de si las mentadas dos acciones van siempre en compañía no afecta al tema, y es probable que así sea, por parte de ambas, porque como ambas se generan sin contrario y proceden de su principio como de agente natural, parece que ambas han de generarse siempre sin intervalo alguno.

De otro lado existe, al parecer, la posibilidad de que el cuerpo luminoso difunda las especies a una mayor distancia que la luz, ya que la especie es realidad más imperfecta y exige por ello menor poder para su producción, y, en consecuencia, será posible su producción a mayor distancia.

4 Segunda tesis: Para que el color pueda ser visto e imprimir sus especies en la vista, exige de suyo estar iluminado; de parte del medio exige luz, una luz de resultas más que intrínsecamente esencial; de parte de la facultad sencillamente no es necesaria.

Es tesis de Santo Tomás, que si bien abriga dudas en el texto de *1 p., q. 79, a. 3, ad 2,* la mantiene con absoluta certeza en *q. 67, a. 3, ad 3.* Afirma, efectivamente, que la luz constituye a "los colores visibles en acto". La misma tesis en *1, d. 45, a. 2, ad 1* y *d. 48, a. 2,* donde afirma que en el objeto el color visto funciona como elemento material y la luz como formal. La misma tesis en *2, d. 20, q. 2, a. 2, ad 2; 1 Contra Gentes, cap. 76; 2. 2, q. 1, a. 3;* también es tesis de Alberto en

ad 2; 1 Contra Gentes, cap. 76; 2. 2, q. 1, a. 3; [eamdem] Albertus [tenet], *De sensu, tract. 2, cap. 1* et *2,*[98] et locis citatis *quaestione* praecedenti;[99] qui vult qualitatem, quae est color, esse [distinctam] a lumine, et manere in absentia luminis. Ait tamen quod ille color in ordine ad visum non est in actu primo, sed in potentia tantum, fit autem in actu a lumine, a quo accipit virtutem immutandi visum. Idem [opinantur] Avicenna,[100] Themistius,[101] Aegidius[102] [et] Caietanus, supra [citati].[103]

Conosonat Aristoteles, infra, *lib. 3* [*De anima*], *tx. 18,*[104] ubi ait quod lumen facit colores actu, eos qui antea erant in potentia. "Actu" —inquit—; supple "visibiles".

Sed exponunt [aliqui] quod facit eos actu, quia sine lumine videri non possunt. Expositio tamen non placet:

Quia facere rem actu est proprium formae, dispositio vero requisita ex parte passi non constituit in actu [ipsum] agens.

Idem colligitur ex definitione coloris, scilicet est / *P252v* "extremitas perspicui",[105] ubi colorem definit in ordine ad visum, et dicit esse tantum in extremitate perspicui, [id est], illuminati; ergo per lumen constituitur in esse coloris visibilis.

Idem colligitur ex [toto] *cap. 3, De sensu.*[106]

Item, hic, *cap. 7,*[107] ait quod oportet omnia visibilia reduci ad unum in quo conveniant; non possunt autem reduci, nisi ad lumen.

Experientia etiam id patet.

Quia obiectum coloratum numquam videtur, nisi sit illuminatum, et tanto videtur perfectius, quanto est illuminatum magis; ergo signum est quod de se requirit lumen ut videri possit.

Item, videmus omnes res lucidas esse per se visibiles, neque indigere aliquo extrinseco ut videantur; res vero coloratas omnes indigere illustratione et illuminatione; ergo signum est lumen complere rationem visibilis etiam in coloribus [ipsis].

79-80 eamdem (...) tenet *P, om. S.* 80 sensu *add.* et sensibili *PL.* 80 1 et *SL, om. P.* 81 vult *S,* dicit *P.* 81 distinctam *PL,* distantiam (!) *S.* 83 primo *om. PL.* 84 opinantur *PL, om. S.* 85 et *PL, om. S.* 85 citati *PL, om. S.* 86 infra *om. PL.* 86 De Anima *PL, om. S.* 89 aliqui *P, om. S.* 90 tamen *S,* sed *PL.* 90 placet *S,* satisfacit *P.* 91 Quia *S,* nam *PL.* 91 vero *S,* autem *PL.* 92 ipsum *PL, om. S.* 94 definit *SL,* distinguit (!) *P.* 95 id est *P, om. S.* 97 toto *P, om. S.* 97 sensu *add.* et sensibili *PL.* 98 Item *S,* Tandem *PL.* 98 hic *S,* hoc lib. 2 *P.* 100 id patet *S,* hoc confirmatur *P.* 101 Quia *S,* nam *PL.* 103 de *S,* ex *PL.* 104 Item *S,* Praeterea arguitur nam *P.* 105 neque *SL,* nec *P.* 105 videantur *add.* ut solem, ceteraque astra, ignem, et si quae sunt alia per se lucentia (III 16, 4) *L.* 105 vero *S,* autem *PL.* 106 et illuminatione *om. PL.* 107 ipsis *PL, om. S.*

---

[98] O. c., t. 9, pp. 38-47

[99] d. 7, q. 2. *Cfr. supra not.* 74-76

[100] *Cfr. supra not.* 64

[101] *Cfr. supra not.* 68

[102] *De an.* II, comm. 66: o. c., f. 38, col. 1; *Cfr. Ib.,* comm. 69: o. c., f. 39, col. 1

[103] *De an.* II, c. 6, n. 207: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, pp. 118 sq.; *Cfr. Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 79, a. 3) VI

[104] *De an.* Γ 5: 430 a 16 sq.

[105] *De sensu et sensibili,* 3: 439 b 11 sq.

[106] *Cfr. supra not.* 105

[107] *De an.* B 7: 419 a 20-23

De sensu, tract. 2, cap. 1 y *2,* y en los pasajes citados en la cuestión precedente: en su intención la cualidad que es el color, es distinta de la luz y se mantiene en ausencia de la luz. Si bien añade que tal color, con respecto a la vista, no se encuentra en acto primero, sino sólo en potencia y se constituye en acto en virtud de la luz, de la que recibe el poder de estimular la vista. Tienen la misma opinión Avicena, Temistio, Egidio y Cayetano, anteriormente citados.

Está acorde el texto posterior de Aristóteles, *lib. 3 De anima, tx. 18,* donde afirma que la luz constituye a los colores en acto, los cuales antes estaban en potencia. "En acto", dice: complétese "visibles".

Algunos interpretan que los constituye en acto, por cuanto no pueden verse sin luz. No es satisfactoria tal interpretación:

1 4 strepitus *SP*, spiritus (!) (III 20, 1) *L* (*Cfr. supra*, q. 6, lin. 212) 4 dici solet *SL*, dicitur, *praem.* etiam *P*. 6 Praeterea *S*, *praem.* et *P*. 7 membra *PL*, *om. S*. 8 perfectam *PL*, *om. S*. 8 soni *SL*, *om. P*. 9 quae... est *SP*, *om. L*. 9 hic *S*, supra *P*. 10 Primo *S*, *praem.* et *PL*. 16 ascendit *S*, extenditur *PL*. 19 cartilagines *PL*, carthalagines *S*. 19 vascula *S*, vasa *PL*. 20 possint *PL*, possit *S*. 21 instrumentis *S*, instrumento *PL*. 21 Vesalius *L*, Besalion *S*, Vasaleo *P*. 22 21 *add.* ubi supra *P*. 22 *add. in margine a. m.*: Et Toletus, hic [*De an.* II 8, qq. 22 sq.: o.c., ff. 95ʳ sqq.] *S*. 23 Quartum concurrit *P*, quatuor cōcurrunt (!) *S*. 24 illuc *L*, illam *P*, illa *S*. 25 potus *add.* aut quaecunque in stomachum inferenda sunt (Ib.) *L*. 25 elevatur *S*, *praem.* et haec lingula *P*. 27 concurrit *SL*, est *P*. 28 ut *SL*, *om. P*. 28 ait *PL*, *om. S*. 28 quod *om. P*. 28 deservit *add.* enim *P*.

---

[251] *De an.* B 8: 420 b 5-22

[252] *Fragmentum de vocalium instrumentorum dissectio*: o. c., f. 28ᵛ. *Cfr.* Gal., *De usu partium* VII 5: o. c., 1.ª Cl., f. 157ᵛ H, ubi refert libros "*De vocis generatione*". Hic ait se demonstrasse cartilaginem esse primum vocis instrumentum.

[253] O. c., 1.ª Cl., ff. 157ᵛ sq.

[254] O. c., pp. 258 sqq.

[255] O. c., 1.ª Cl., f. 157ᵛ H: "vocis refractorium"

CUESTIÓN 7.ª

Distintas modalidades de sonido. Especial referencia a la voz y al eco

1 Es costumbre dividir el sonido perfecto —la voz— y el imperfecto, —sonido inanimado—, llamado vulgarmente ruido. Otra división: sonido directo y reflejado —el eco—. Otra: agudo y grave. Una más: natural y artificial. Para un perfecto conocimiento del sonido se hace inevitable explicar todas estas subclases.

De la voz, que es el más perfecto, trata Aristóteles al final del *cap. 8*. Una primera observación: la voz es privativa de los animales, no de todos, sino de los que poseen pulmones y respiran. Luego, el principio primero de la voz es el alma; los instrumentos para su formación son muchos, que pueden reducirse a cinco.

Primero: el pulmón con aire en su interior.

Segundo: la tráquea, que por su parte más baja alcanza el pulmón y sube hasta la lengua.

Tercero: la laringe que es la parte anterior del cuello y se presenta a manera de nuez. Se halla en la parte superior de la tráquea. En la laringe hay tres cartílagos, a modo de vasitos tejidos de varios músculos, que posibiliten su fácil dilatación y comprensión. Información de Galeno en el *lib. De vocis instrumentis, cap. 4; De usu, cap. 4;* Vesalio en el *lib. 2, cap. 21.*

Cuarto factor de la voz: una lengüeta que se comporta como cierre de la laringe y de la tráquea para evitar la entrada furtiva de comida o bebida; se levanta y se baja gracias a ciertos músculos para formar la voz.

Quinto factor: el paladar, especie de zona para la refracción de la voz, como dice Galeno *De usu partium, cap. 5,* destinada al aumento de la voz.

Et ex his omnibus, quae enumerata sunt, resultat integrum instrumentum [formandae] vocis, [fistulae] simile, ut Galenus [optime] prosequitur, *cap. 13,*[256] nam tota arteria est quasi ⌊fistulae] concavum, pulmo vero correspondet ori aerem immittenti, laryngis autem lingula correspondet foramini superioris partis [fistulae], et sicut [aere] in ⌊fistulam] immisso, foraminibus quibusdam clausis, aliis ⌊apertis], varii fiunt soni, ita laryngis rimula dilatata vel coarctata per suos musculos, diversa emittitur vox. Mediante igitur hoc instrumento fit vox isto modo: Quod aer musculis thoracis et pulmonis vehementer [compressis] expiratur; qui in larynge et lingula, quae angusta via est, amplius comprimitur ad aerem ibidem contentum, nam ad formandam vocem necesse est et retinere aerem extrinsecum in larynge, et expellere internum, et ex eorum collisione maiori vel minori, formatur vox maior vel minor; fit autem / collisio maior vel minor pro ratione dilatationis aut *P267v*
constrictionis laryngis et lingulae, et ex diversa affectione istorum instrumentorum oritur diversitas in vocibus.—Ita Aristoteles, *5 De generatione animalium, cap. 7;*[257] Albertus, *Summa de homine, tract. De voce, <a.> 4.*[258]

2 His dictis de instrumento vocis, illius d e f i n i t i o, quam ex Aristotele, hic,[259] colligit Philoponus[260] est haec: "Vox est sonus ab anima editus per vocalem partem cum imaginatione aliquid significandi."

In qua definitione [omnes particulae] explicatae manent, ultima excepta, in qua n o t a quod vocem emittere non est proprium hominis, sed commune aliis animalibus, his demptis, quae pulmonem et arteriam non habent —[Aristoteles], *4 De historia, cap. 9*—,[261] cuiusmodi sunt pisces et animalia exanguia, quae vocem non emittunt, sed sonos quosdam efficiunt, non vocali arteria, sed aliis, vel bran/chiis, *S172*
quamvis Plinius, *lib. 9, cap. <78>,*[262] de balaena et delphine specialiter asserat quod non habent branchias, sed fistulis spirant, quae ad pulmonem pertinent; animalia vero quae [per] propria instrumenta vocem

31 formandae *L,* formandi *SP.* 31 fistulae *PL,* phistole *S.* 31 optime *P, om. S.* 32 fistulae *PL,* phistolẹ *S.* 33 lingula *SL,* singula (!) *P.* 34 fistulae *PL,* phistulẹ *S.* 34 sicut *SL, om. P.* 34 aere *L,* aerem *SP.* 34-5 fistulam *PL,* phistulam *S.* 35 immisso *SL,* immissio *P.* 35 apertis *PL,* aptis (!) *S.* 36 ita *S, praem.* et *P.* 37 igitur *SL,* ergo *P.* 37 hoc *S,* isto *P.* 38 compressis *P,* comprehensis *S,* compressus (Ib.) *L.* 40 vocem *add.* et *S.* 41 extrinsecum *add.* et *P.* 42 ex *SL, om. P.* 43 aut *SL,* et *P.* 44 istorum *om. P.* 47 a] q. *SPL.*

2 49 Philoponus *S,* phus [= philosophus] (!) *P.* 51 omnes particulae *PL, om. S.* 51 explicatae *SL,* expositae *P.* 56 172] 170 *S.* 57 78] 18 *SPL.* 59 per *PL,*

[256] *De usu partium,* VII 13: o. c., 1.ª Cl., f. 160ᵛ
[257] 786 b 7-788 b 2
[258] q. 25: o. c., t. 35, pp. 249 sq.
[259] *De an.* B 8: 420 b 27 sq.
[260] *De an.* II: o. c., f. [62ᵛ], col. 2
[261] 536 a 2
[262] IX 19 (ed. Janus) = lib. 9, c. 7

Y de todos estos factores enumerados resulta el instrumento total de la formación de la voz, semejante a una flauta, según la estupenda descripción de Galeno, *cap. 13;* toda la tráquea es como el alma de la flauta, el pulmón corresponde a la boca que sopla aire, la lengüeta de la laringe corresponde al orificio de la parte superior de la flauta y así como tras soplar aire en la flauta, el cierre de ciertos orificios, y la apertura de otros produce la variedad de sonidos, de la misma manera, la dilatación o estrechamiento de la pequeña hendidura de la laringe mediante sus músculos produce distintas emisiones de voz. Modo de producir la voz mediante este instrumento: una poderosa compresión de los músculos torácicos y pulmonares determina una expiración de aire; el cual experimenta en la laringe y lengüeta, por ser una vía estrecha, una mayor compresión contra el aire allí encerrado; en efecto, para la formación de la voz es necesario retener en la laringe el aire de fuera y expulsar el de dentro; y de la colisión, más o menos fuerte, de ambos resulta la formación de una voz más o menos fuerte. Ahora bien; la colisión producida es más o menos fuerte en la medida de la dilatación o estrechamiento de la laringe y la lengüeta. Y de la diversa influencia de estos instrumentos nace la diversidad en las voces.—En este sentido Aristóteles, *5 De generatione animalium, cap. 7,* Alberto, en *Summa de homine, tract. De voce, a. 4.*

2 Tras esta información acerca del aparato fonador, la definición de voz, que Filópono toma de Aristóteles: "La voz es un sonido alumbrado por el alma, valiéndose del área fonadora, acompañado de la representación imaginativa de un significado".

En esta definición quedan explicados todos los segmentos, menos el último. Una observación: la emisión de voz no es algo privativo del hombre, sino común a otros animales, exceptuados los que no poseen pulmón ni tráquea —Aristóteles en *4 De historia, cap. 9*— tales como los peces, y los animales sin sangre, que no emiten voz, mas producen determinados sonidos, no por la tráquea, sino por otras vías, como las branquias, aunque Plinio, *lib. 9, cap. 78,* hace de la ballena y delfín una afirmación especial: no poseen branquias, sino que respiran por unos conductos del área del pulmón; ahora bien; los animales que emiten voz por los órganos adecuados, siempre generan una voz acompañada de la representación imaginativa de un significado —bien el significado de un concepto, bien siquiera el de una vivencia interior—

emittunt, semper eam efficiunt cum imaginatione significandi aliquid, scilicet vel conceptum, vel certe affectum interiorem, vel saltem cum imaginatione emittendi vocem ipsam, propter delectationem quam in illa capiunt. Unde ad vocem non est necessaria significatio ad placitum, sed quaelibet naturalis [significatio sufficit]. Excluditur autem tussis a ratione vocis per illam particulam, ut Philoponus notat, *f. 63, col. 2,*[263] quia tussis non ordinatur ad significandum per se loquendo; quod si aliquando imponatur ex conventione, accipit officium vocis, tamen non est vox propria, nam vox formatur voluntarie et ordinate, tussis vero est quaedam violenta et inordinata aeris emissio. Patet ergo ex his vocis natura.

3 Est tamen differentia notanda inter vocem et locutionem. Vox est enim / communis irrationalibus, locutio vero hominis **P268**
propria —[Aristoteles], *4 De historia, cap. 9*—.[264] Addit enim locutio supra vocem quod sit articulata et terminis distincta, quibus diversae syllabae et dictiones componi possint. Unde praeter ea instrumenta vocis, quae [enumeravimus], ad locutionem specialiter concurrunt lingua et labia, nam vocales litterae, ut notat Aristoteles, supra,[265] fiunt gutture et voce sola, consonantes vero lingua et labiis proferuntur. Et ex his locutio perficitur. Unde alia differentia vocis et locutionis est, quod ad vocem satis est quod imaginationem significet, ad locutionem vero necesse est quod sit expressiva naturalis conceptus. Aliis enim animalibus, quae tantum habent sensum iucundi et molesti, satis fuit vox ad illas affectiones explicandas, homini vero necessarius fuit sermo, ut posset interiores conceptus declarare. Ita Aristoteles, *1 Politicorum, cap. 2;*[266] et *sect. 11 Problematum, q. 1.*[267] Quapropter [locutiones] [psittacorum] et similium, immo et hominum dormientium, non habent integram rationem locutionis, quamvis materialiter [sumptae] sint locutioni consimiles. Et similiter soni, qui fiunt in organis et instrumentis musicis, nec sunt voces, [nec] locutiones, licet sint illis proportionales, quia habent distinctionem quamdam, melodiam et consonantiam.

---

om. S. 61 interiorem *S,* internum *PL.* 63 capiunt *SL,* recipiunt *P, add.* ut hominibus, ac etiam avibus canoris accidit (III 20, 2) *L.* 64 significatio sufficit *PL, om. S.* 65 Philoponus *SL,* phus [= philosophus] (!) *P.* 66 per se loquendo *SP, om. L.* 66 si *SL, om. P.* 67 ex conventione *SP, om. L.* 67 vocis *add.* analogice (Ib.) *L.* 68 propria *SL,* proprie *P.*

3 72 est *om. P.* 75 et dictiones *SL,* dictionesque *P,* dictinctiones (!) (III 20, 3) *V.* 76 enumeravimus *P,* enumeramus *S.* 77 notat *S,* vocat (!) *P.* 81 expressiva *add.* ratio *P.* 82 molesti *SL,* molestis *P.* 84 Ita *S, praem.* et *P.* 85 Quapropter *SL,* quare *P.* 85 locutiones *PL, om. S.* 86 psittacorum *PL,* phitacorum (!) *S.* 87 sumptae *PL,* sumpti (!) *S.* 88 organis et *om. P.* 89 nec *PL,* et (!) *S.* 89 sint *add.* in *S.*

---

[263] *De an.* II: o. c., f. [62v], col. 2

[264] 536 b 2 sq.

[265] 535 a 31-b 1

[266] 1253 a 9-18

[267] 898 b 28-899 a 3

o al menos acompañada de la representación imaginativa de la mera emisión de voz, debida al placer que en ella experimentan. Por tanto, para la voz no es necesaria la significación artificial, sino que basta con cualquier significación natural. Con este segmento queda fuera del concepto de voz la tos, según observación de Filópono, *f. 63, col. 2,* porque la tos, hablando con propiedad, no está ordenada a la función significativa; la cual si en algún momento viene convencionalmente impuesta asume el cometido de la voz. Sin embargo, no es propiamente voz, porque la formación de la voz es voluntaria y ordenada, mientras que la tos es una emisión de aire violenta e inordenada. Este análisis muestra, pues, la naturaleza de la voz.

3 No obstante, es preciso señalar una diferencia entre voz y locución. La voz es común a los irracionales, la locución es privativa del hombre —Aristóteles en *4 De historia, cap. 9*—. La locución añade sobre la voz la articulación y diferenciación en unidades, que pueden componer las distintas sílabas y actos del habla. Por tanto, a más de los órganos de la voz enumerados, concurren especialmente a la locución la lengua y los labios. Aunque las vocales, como hace notar Aristóteles, en un texto anterior, son producto de la garganta y la voz sola, las consonantes se articulan con la lengua y los labios. Y con ellas se completa una locución. De donde nace otra diferencia entre voz y locución: para la voz basta con que porte la significación de una representación imaginativa, mientras que para la locución se necesita que sea expresión del concepto natural. Porque a los demás animales, que sólo poseen el sentido de lo agradable y molesto, bástales la voz que manifieste tales vivencias, mientras que el hombre necesita el lenguaje para poder declarar sus conceptos interiores. Así Aristóteles en *1 Politicorum, cap. 2;* y *sect. 11 Problematum, q. 1.* Por lo cual las locuciones de loros y similares e incluso de hombres cuando duermen no poseen la dimensión plena de locución, aunque en su aspecto material sean semejantes a la locución. Y de manera semejante, los sonidos producidos en órganos e instrumentos musicales tampoco son voces ni locuciones, aunque guarden analogía con ellas, por su diferenciación —en alguna medida—, melodía y armonía.

Ex quibus patet prima illa divisio, nam vox est ille sonus quem explicuimus; alii vero omnes [soni], qui non sunt voces, sub alio membro comprehenduntur / *S172v* et retinuerunt nomen generis tamquam imperfectiores.

4 *De echo.*—Circa s e c u n d a m divisionem est notandum ex Aristotele, hic,[268] sonum, qui dicitur e c h o , esse quemdam reflexionem soni. Quae fuit etiam sententia Platonis, in *Phaedone,*[269] ubi ait echo esse sonum, qui a concavis et solidis corporibus reflectitur instar amoris, qui in amantem reflectitur. Et in hoc omnes / ***P268v*** interpretes conveniunt, sed dubitant de modo quo ista reflexio fit.

Et q u i d a m aiunt quod una pars numero aeris percussi pervenit usque ad corpus solidum, et eadem reflectitur, sicut pila, et ideo causat eumdem sonum. Ita Avicenna, *6 Naturalium.*[270] Sed hic modus est impossibilis, quia in ⌊aere⌋ non est una pars numero quae moveatur et deferat sonum.

A l i i dicunt reflexionem fieri isto modo: Quod aer per vocem movetur quasi in circulum, et una pars comprimit aliam, vel commovet aliam, imprimendo illi similem sonum, et sic moventur donec finiatur vis impulsus, vel inveniatur obstaculum, quo invento, reflectuntur illae undae aeris, servata [eadem] forma [soni, sicut] si lapis proiciatur in ⌊aquam⌋ paludis, aqua movetur in gyrum, invento autem obstaculo, ⌊undae⌋ revertuntur versus lapidem ⌊ordine⌋ retrogrado. Ita Philoponus, *f. 60, col. 3,*[271] et Avicenna, *6 Naturalium, p. 2, cap. 6;*[272] Albertus, *tract. 3,* [*cap. 19*];[273] [D.] Thomas;[274] Commentator;[275] Aegidius[276] et alii, hic, *tx. 78* et *80.*

Quae sententia vera apparet, dummodo non intelligatur necessarium esse in ⌊echo⌋ fieri reflexionem realis soni, nam saepe est satis quod reflectantur species intentionales, nam sicut in speculo videt homo faciem suam, quia species reflectuntur, ita in ⌊echo⌋ audit vocem suam, quia ⌊reflectuntur⌋. Et quod hoc sufficiat patet, tum ex similitudine

---

4 92 soni *PL, om. S.* 98 instar *add.* ad modum (*videtur idem ac* instar) *S.* 99 interpretes *SL,* expositores *P.* 104 aere *L,* sono (!) *SP.* 105 deferat *SL,* efferat *P, add.* referatque (III 20, 4) *L.* 105 sonum *add.* sed alia aliam propellit, satisque proinde est, si pars corpori solido proxima ad illud allidetur, sonumque efficiat. (Ib.) *L.* 106 fieri *SL, om. P.* 107 comprimit... vel *om. PL.* 108 moventur *S,* defertur *P.* 110 eadem *PL, om. S.* 110 soni sicut *P, om. S.* 111 aquam *P,* aqua *S.* 112 undae *P,* inde *S.* 112 ordine *PL,* ordinem *S.* 114 c. 19 *PL, om. S.* 114 D. *P,* S. *SL.* 115 *add. in margine a. m.:* Et Toletus, hic [*De an.* II, c. 8, q. 22: o. c., ff. 95r sq.] *S.* 117.9 echo *L,* equo *S,* ecco *P.* 120 reflectuntur *PL,* reflectitur *S.* 120 sufficiat *S,* sufficiunt *P.*

---

[268] *De an.* B 8: 419 b 25 sqq.

[269] ?

[270] *De an.* [= VI Naturalium] 2 p., c. 6: o. c., f. 9v, col. 2

[271] *De an.* II: o. c., f. [60v], col. 1

[272] *Cfr. supra not.* 270

[273] *De an.* II, tract. 3, c. 19: o. c., t. 5, pp. 267 sq.

[274] *De an.* II, lect. 16, nn. 447-450

[275] *De an.* II, comm. 78 et 80: o. c., ff. lxi sqq.; o. c. (ed. Crawford), 248, 34-249, 49; 251-254

[276] *De an.* II, comm. 78 et 80: o. c., f. 41v, col. 2; f. 42, col. 1

Estas precisiones aclaran el sentido de la primera división: la voz es justamente el sonido que acabamos de explicar; mientras que todos los demás sonidos que no son voces, quedan inscritos en el otro miembro de la división y retuvieron, como más imperfectos, el nombre del género.

4 *El eco.*—Una observación en torno a la segunda división, tomada de Aristóteles: el sonido llamado eco es una especie de reflexión del sonido. Ésta fue también la teoría de Platón en el *Fedón,* donde afirma que el eco es el sonido que salta reflejado de los cuerpos huecos y macizos a la manera del amor que llega reflejado al amante. En este punto hay acuerdo entre todos los intérpretes, mas hay problema en el modo de producción de tal reflexión.

Para unos autores una porción determinada del aire percutido llega hasta el cuerpo macizo y ésa misma se refleja, como una pelota, y por ello origina un mismo sonido. En este sentido Avicena, *6 Naturalium.* Mas este modo es imposible, porque en el aire no hay una determinada porción que, puesta en movimiento, transporte el sonido.

Para otros el modo de producirse la reflexión es el siguiente: la voz pone al aire en movimiento formando círculos. Una zona ejerce sobre otra una presión o conmoción, imprimiéndola un sonido semejante. De esta manera están moviendose hasta que se acabe la fuerza del impulso o se encuentre un obstáculo; tras el encuentro, las ondas del aire se reflejan conservando la misma forma de sonido, al modo como en el lanzamiento de una piedra al agua de un estanque, el agua se pone en movimiento formando giros, encuentra un obstáculo y sus ondas vuelven hacia la piedra en orden de retroceso. Es la tesis de Filópono, *f. 60, col. 3,* y Avicena en *6 Naturalium, p. 2, cap. 6;* Alberto en el *tract. 3, cap. 19,* Santo Tomás, el Comentador, Egidio y otros en el comentario a *tx. 78* y *80.*

Esta tesis tiene visos de verdadera, con tal de que no se entienda como necesaria en el eco la reflexión del sonido real: frecuentemente basta la reflexión de las especies intencionales; y así como el hombre ve en el espejo su rostro por reflexión de las especies, así también, por reflexión, oye su propia voz. La suficiencia de esta reflexión la ponen de manifiesto tanto la analogía mencionada cuanto el hecho de que la reflexión en el eco se produce frecuentemente a gran distancia, a la que no puede realmente llegar el mismo sonido. Y por ahí se comprende

dicta, tum etiam, quia saepe fit reflexio in echo ad magnam distantiam, ad quam non potest realiter pervenire ipse sonus. Et hinc intelligitur, [cur] in ⌊echo⌋ ⌊audiantur⌋ tantum ultima verba, nempe quia ⌊reflexio⌋ fit ordine retrogrado, et quia sonus est succesivus, ideo facile desinit esse, et quando ultima verba ⌊perficiuntur⌋, sonus primorum verborum non exstat, saltem articulatim, et ideo non fit reflexio integra.—Et ita patet secunda divisio.

5 T e r t i a ⌊divisio⌋ clarissima est, et data quasi per metaphoram ex tangibilibus desumpta, ut Philoponus[277] et Themistius[278] [advertunt]. Dicitur enim gladius acutus, qui parvo tempore vehementer penetrat; ⌊obtusus⌋ vero, qui multo tempore non penetrat multum, / sed quasi *P269* obtunditur. Sic sonus dicitur ⌊acutus⌋, qui breviter penetrat; gravis vero, qui obtundit auditum.

6 / Q u a r t a etiam divisio nulla expositione [fere] indiget. Solum est *S173* notandum quod omnis sonus, quantum ad ⌊substantiam⌋ suam, est naturalis, nam est qualitas naturalis, ⌊tamen⌋ in compositione et proportione sonorum ars habet locum. Et haec differentia accidit sono, ut sonus est, tamen [ut quod] ⌊artificiale⌋ est, ⌈scilicet⌉ ut habet substantiam artis, ad praedicamentum quantitatis ⌊pertinentem⌋, potest habere essentiales differentias.

In his autem omnibus divisionibus ⌊videtur⌋ n o t a n d u m non esse nec videri essentiales, sed accidentales respectu soni, ut sonus. Accidit enim illi quod hoc instrumento vel ⌊illo⌋ fiat, vel quod propter hunc finem vel alium.

---

122 quam *add.* sicut nec realis aeris motus pervenire potest (nedum inde reverti) ita (III 20, 4) *L.* 122 pervenire *SL, om. P.* 122 Et *SL, om. P.* 123 cur *PL,* aer (!) *S.* 123 echo *L,* ecco *P,* equo *S.* 123 audiantur *PL,* audiuntur *S.* 123 reflexio *PL,* visio (!) *S.* 125 perficiuntur *PL,* proficiuntur *S.* 126 articulatim *S,* articulatus *P.*

5 128 divisio *PL,* vero *S.* 129 advertunt *PL, om. S.* 131 obtusus *PL,* cōtusus [= contusus] (!) *S.* 132 acutus *PL,* acutis (!) *S.*

6 134 fere *PL, om. S.* 134 Solum *add.* tamen *P.* 134 173] 171 *S.* 135 substantiam *PL,* distantiam (!) *S.* 136 tamen *PL,* tande (!) *S.* 138 ut *S,* et (!) *P.* 138 artificiale *P,* artificialius *S.* 138 est *om. P.* 138 ut quod *P, om. S.* 138 substantiam] sbm *S.* 138-9 substantiam artis *S,* formam artificialem *P.* 139 pertinentem *P,* pertinent (!) *S.* 141 autem *S,* vero *P.* 141 omnibus *om. PL.* 141 videtur *P,* ut (!) *S.* 142 esse nec *om. P.* 143 illo *PL,* alio *S.* 143 vel quod *S,* 1.° (!) *P.* 144 alium *add.* etc. *P.*

---

[277] *De an.* II: o. c., ff. [62] sq.

[278] *De an.* II 30: o. c., p. 273

que en el eco sólo se oigan las últimas palabras, justamente porque la reflexión se produce en orden de retroceso y porque el sonido, siendo una realidad sucesiva, posee facilidad para dejar de ser y cuando se consuman las últimas palabras, ya no existe el sonido de las palabras primeras, al menos en forma articulada, y por lo mismo no se produce la reflexión en su integridad.—De ese modo la segunda división resulta clara.

5 La tercera división es meridiana y está construida como sobre una metáfora tomada del mundo del tacto, según advierten Filópono y Temistio. En efecto, se habla de una espada aguda, que en poco tiempo causa una penetración poderosa; y de la embotada, que en mucho tiempo no causa mucha penetración, sino que experimenta como un embotamiento. Del mismo modo, se habla de sonido agudo, que penetra al instante y del grave, que embota el oído.

6 La cuarta división apenas ha menester tampoco de aclaración alguna. Solamente una observación: todo sonido es natural en cuanto a su sustancia, por ser una cualidad natural, sin embargo hay lugar para el artificio en la composición y proporción de sonidos. Esta distinción afecta accidentalmente al sonido, en cuanto sonido, sin embargo, en cuanto a su dimensión artificial, es decir, en cuanto posee sustancia artificial, que se inscribe en el predicamento de la cantidad, puede tener diferencias esenciales.

En todas estas divisiones es precisa, al parecer, una observación: ni son ni tienen visos de esenciales; son ellas accidentales respecto al sonido en cuanto sonido. En efecto, le es accidental que se produzca con este o el otro instrumento, por éste o aquel fin.

QUAESTIO 8.ª

Quomodo et per quod medium sonus immutet auditum

1 In hac quaestione agendum est iam de sono prout est audibilis, et duo sunt explicanda.

1.^{m} Quomodo sonus, qui in longinquo fit, perveniat ad auditum.

2.^{m} Per quod medium pervenire possit.

Et a secundo incipiendo, ut a faciliori, est notandum in omni obiecto sensibili esse necessarium, ut ⌊spatium⌋ interceptum inter ipsum [et] potentiam non impediatur, nec occupetur aliquo ⌊corpore⌋ obstanti actioni illius sensibilis. Et idem requiritur in auditu et audibili. Et ideo aer, qui rarissimus est, est optimum medium ad audiendum; et idem censetur de igne.

2 De aqua vero nonnulli, ⌊inter quos⌋ est Albertus, *Summa de homine, tract. De auditu, q. penultima,*[279] ⌊censent⌋ non esse aptam ad audiendum, nec posse per illam sonum pervenire ad auditum.

Sed oppositum est mihi certum, nempe aquam [de se] esse sufficiens medium ad audiendum. Tenet Aristoteles, hic, *tx. 79,*[280] dicens amplius: "⌊Auditur⌋ in aere et aqua". Et *4 De historia, cap. 8,*[281] ait pisces sub aqua ⌊audire⌋.

Quod [etiam] constat experientia: Fugiunt enim pisces audientes strepitum in littore; et non potest dicere quod fugiant, quia videant [homines], tum, quia si taceant, / non fugiunt, tum etiam, quia *P269v* si aqua sit turbida et ad videndum inepta, fugiunt propter rumorem; audiunt ergo. Et Plinius, *lib. 10, cap. <70>,*[282] refert fuisse pisces in piscinis Caesaris adeo perfectum habentes auditum, ut haberent propria nomina imposita, et vocati venirent. [Nos] etiam sentimus extra aquas sonum causatum intra illas. Dicere vero quod in illis casibus sonus

---

1 3 prout *SL,* ut *P.* 5 longinquo *S,* cogniquo (!) *P,* longiqua *L.* 9 spatium *PL,* spatio (!) *S.* 9 interceptum *SP* (*post* ipsum *P*), *om. L.* 10 et *P, om. S.* 10-11 impediatur... sensibilis *S,* esse impeditum aliquo corpore impediente actionem sensibilis *P.* 10 corpore *PL,* corpori (!) *S.* 11 Et... audibili *SP, om. L.* 12 rarissimus est *SL, om. P.* 13 censetur *S,* censeo *PL.*

2 14 inter quos *PL,* ut *S.* 15 tract.] *iter. S.* 15 censent *L,* censet *SP.* 16 illam *SL,* illum (!) *P.* 17-8 nempe... audiendum (ad audiendum *S,* audiendi *P*) *SP, om. L.* 17 de se *P, om. S.* 19 Auditur *PL,* auditus *S.* 20 audire *PL,* audiri (!) *S.* 21 etiam *PL, om. S.* 22 et non *S,* nec *P.* 22 dicere *om. P.* 22 quod fugiant *S,* illos fugere *P.* 23 homines *P, om. S.* 24 inepta *SL,* ineptam *P.* 25 Et *S,* etiam *P.* 25 70] 7 *SPL.* 26-7 haberent... et *SP, om. L.* 27 Nos *PL,* non (!) *S.* 28 illis *S,* his *P.*

---

[279] q. 24, a. 5, p. 1: o. c., t. 35, p. 239

[280] *De an.* B 8: 419 b 18

[281] 533 b 4 sq.

[282] X 193 (ed. Janus) = lib. X, c. 70

CUESTIÓN 8.ª

Estimulación del oído por el sonido: el modo y el medio

1 El objeto preciso de la presente cuestión es el sonido en cuanto audible y son dos los temas que van a ser expuestos:

Primero. Modo cómo el sonido, producido a distancia, llega hasta el oído.

Segundo. Medio por el que puede llegar.

Y comenzando por el segundo tema, como más fácil, se impone una observación: en la percepción de un objeto sensible es necesario que el espacio comprendido entre el objeto y la facultad se halle libre de impedimento y no esté ocupado por un cuerpo que obstaculice la acción del objeto sensible. Y es idéntica la exigencia en el caso del oído y lo audible. Por lo mismo el aire, como más sutil, constituye el medio óptimo para la audición; la misma valoración merece el fuego.

2 A juicio de algunos autores, entre los que se halla Alberto, *Summa de homine, tract. De auditu, q. penultima,* el agua no es idónea para la audición ni hace posible la llegada del sonido hasta el oído.

Mas yo tengo por cierta la postura contraria: el agua es medio suficiente para la audición. La mantiene Aristóteles, *tx. 79,* con palabras explícitas: "Hay audición en el aire y en el agua". Y en *4 De historia, cap. 8* asegura que los peces oyen bajo el agua.

Es también un hecho de experiencia: Los peces huyen al oír ruido en la costa; y no es posible afirmar que se deba la huida a que alcancen con la vista a los hombres, porque si guardan silencio, no huyen, y si el agua está turbia con visibilidad insuficiente, huyen ante el murmullo; oyen consiguientemente. Y cuenta Plinio, *lib. 10, cap. 70,* que en los estanques del César había peces con oído tan perfecto que poseían nombre propio y acudían a la llamada. También nosotros percibimos fuera del agua el sonido originado dentro. Es ridículo hablar de que en tales casos el sonido se expande a través del aire del agua, porque sin

differtur ⌊per aerem in aquis] ridiculum est, [quia nulla facta commotione in aqua intrant species soni per illam]; est ergo aptum medium.

<Et> r a t i o n e patet, quia habet sufficientem raritatem.

I t e m , quia probavimus [283] [posse] esse subiectum ⌊soni⌋; ergo magis medium.

3 Sed obstat huic veritati Aristoteles, hic, *tx. 76,* [284] ubi differentiam ponit inter auditum et olfactum, quod medium auditus est aer, medium olfactus aer et aqua. Commentator, [285] [ibi], —et alii— respondet quod ibi est sermo de medio quod recipit obiectum secundum esse reale.

Sed haec expositio placere / nobis non potest, quoniam ostendi- *S173v*
mus [286] sonum recipi in aqua realiter.

R u r s u s , non consonat litterae, nam loquitur Aristoteles de immutatione medii, quae deservit sensationi; haec autem est intentionalis. Adde quod odor neque ⌊realiter] nec alio modo, [nec] in aere nec in aqua recipitur, sed in exhalatione odorifera, ut infra dicam. [287]

A l i t e r [ergo] Caietanus [288] respondet ibi ex Simplicio, [289] quod Aristoteles aerem ponit medium auditus, quod est aptissimus.

S e d c o n t r a . Nam tunc nulla est differentia, nam etiam solus aer est medium aptissimum odoratus, his maxime qui olfaciunt respirando, ut *tx. 98* [290] habetur.

P r a e t e r e a , medium visus non ponitur aer, sed perspicuum in communi, licet tantum aer sit aptissimus.

4 Locus sane difficilis est, tamen quia de mente Aristotelis alias constat, et non occurrit commodior expositio, ideo videtur dicendum quod aer dicitur medium auditus —simpliciter enim est necessarius, et sine quo non fit auditio—; saltem enim ille est necessarius ⌊quï] intrinsecus
est auribus, / et ideo existens sub aquis audiet, quamdiu aqua non intra- *P270*
verit intra anfractum aurium, tamen si intret non potest audire.

---

29 per... aquis *P,* in aere per aquas (!) *S.* 29-30 quia... illam *P, om. S.* 31 Et] ut *S, om. P.* 32 posse *P, om. SL.* 32 soni *PL,* sonitus *S.* 33 magis *add.* poterit esse *P.*

3 36 ibi *P, om. S.* 36 et alii *S,* cum aliis *P.* 42 neque *om. PL.* 42 realiter *PL,* reiicit (!) *S.* 42 nec alio modo *om. PL.* 42 nec *P, om. S.* 43 dicam *S,* dicetur *P.* 44 ergo *PL, om. S.* 48 habetur *S,* dicitur *PL.*

4 51 alias *SL,* aliter *P.* 53 enim *S,* quia *PL.* 54 fit *S,* fiet *P.* 54 qui *PL,* qi [= quia] *S.* 55 auribus *S,* aer rebus (!) *P.* 55 aquis *SL,* aqua *P.* 56 anfractum *S,* anfractus *P.* 56 intret *S,* intrat *P.*

---

[283] d. 7, q. 6, n. 8

[284] *De an.* B 7: 419 a 32 sq.

[285] *De an.* II, comm. 76: o. c., f. lxv; o. c. (ed. Crawford), 246, 32 sq. ("esse naturale" - "esse extraneum")

[286] d. 7, q. 6, n. 8

[287] d. 7, q. 11, n. 2

[288] *De an.* II 7, nn. 229 sq.: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, pp. 209 sqq.

[289] *De an.* II 76: o. c., f. LXII; *Cfr. supra not.* 288

[290] *De an.* B 9: 421 b 13-26

conmoción alguna en el agua las especies del sonido penetran a través de ella; constituye, por tanto, medio idóneo.

Y hay una razón clara: posee sutileza suficiente.

Otra razón: hemos probado que puede ser sujeto del sonido; luego con mayor razón medio.

3 Mas la tesis se enfrenta a las palabras de Aristóteles, *tx. 76,* que establecen una diferencia entre oído y olfato: el medio del oído es el aire, el medio del olfato, el aire y el agua. El Comentador, en este punto —y otros con él— responde que en el texto se habla del medio que recibe el objeto en su ser real.

Mas no nos satisface esta interpretación, puesto que hemos probado que el sonido se recibe realmente en el agua.

Además, no va de acuerdo con la letra, porque Aristóteles está hablando de la modificación del medio, que coopera con la sensación; y ésta es intencional. Añádase que la recepción del olor no se da ni de modo real ni de otro modo, ni en el aire ni en el agua, sino en los vapores olorosos, como diré después.

Cayetano da a ese texto otra respuesta tomada de Simplicio: Aristóteles establece el aire como medio del oído por su máxima idoneidad.

Réplica: No hay entonces distinción alguna, porque también el aire solo es un medio de máxima idoneidad para el olfato, máxime para quienes huelen en el acto de la respiración, como se constata en *tx. 98.*

Además, no se establece el aire como medio de la vista, sino lo claro en general, aunque solamente el aire posea la máxima idoneidad.

4 El pasaje tiene sin duda su dificultad. Sin embargo, como nos consta de la mente de Aristóteles por otros textos y no se ofrece interpretación más apropiada, parece que la afirmación procedente es ésta: se habla del aire como medio del oído, por ser simplemente necesario y factor sin el que no se produce la audición; porque al menos es necesario el alojado en el interior del oído, y por ello oirá quien se halle bajo el agua, mientras el agua no penetre en los repliegues de los oídos; si penetra, la audición se hace imposible.

In odore vero non est ita necessarius aer, nec aqua ita impedit, et ideo est differentia. Addi [etiam potest] quod [per] aquam cum difficultate auditur; medium autem dicitur illud per quod commode fit sensatio; odor vero tam per aquam, quam per aerem optime percipitur, maxime ab aquatilibus.

S e d c o n t r a, 2.°, [obicitur]. Nam *tx. 82,*[291] ait Aristoteles quod sonativum est motivum aeris.—R e s p o n d e t u r : Non annumerat aerem, ut adaequatum subiectum vel medium, sed ut principale et magis usitatum, quia nullum est momen commune significans subiectum adaequatum; potest ergo sonus audiri per aerem, aquam, ignem, [et consequenter] per alia etiam corpora mixta, quae sunt eiusdem raritatis.

5 Sed an per terrestria et densissima corpora possit audiri, difficultatem habet. Nam experientia videtur docere affirmativam partem, nam licet quis claudatur cubiculo densis parietibus obsesso, audiet nihilominus externum sonum; ⌊ergo⌋ tunc medium illud densum deservit auditioni.

O p p o s i t u m [nihilominus] tenet communis sententia. Unde quidam respondent experientiae factae quod corpus numquam est tam densum, quin sint pori in illo, aere pleni, et per illos intrant species.

Sed haec solutio difficultatem habet.

1.° Quia potest dari corpus non habens poros, ut esset purum elementum terrae, et per illud fieret auditio.

I t e m, 2.°, non videtur quod per illos poros fiat auditio, nam sunt pauci [et parvi], et non linea recta constituti. Unde per multos anfractus / deberet sonus transire antequam audiretur; contingit autem **S174** citissime audiri.

Unde Caietanus[292] —quem omnes moderni sequuntur— negat experientiam, et ait quod si medium sit adeo densum, non fiet auditio; experientia autem fallitur, quia numquam / est tale medium, sed sem- **P270v**

57 odore *S,* olfatu *P.* 58 Addi *PL,* ade *S.* 58 etiam potest *PL, om. S.* 60 optime *S,* commode *P.* 62 obicitur *P, om. S.* 63-4 annumerat *S,* numerat *P.* 66 aquam, ignem *S,* ignem et aquam *P.* 67 et consequenter *PL, om. S.* 67-8 eiusdem raritatis *SL,* simillima in raritate *P.*

5 69-70 difficultatem habet *SL,* difficile est *P.* 71 densis *S,* densissimis *P, add.* ac crasissimis (III 21, 3) *L.* 71 obsesso *add.* nempe ferreis vel plumbeis *P.* 72 ergo *P,* qui *S.* 72-3 ergo... auditioni *SP,* maxime si vel leviter pulsetur paries (III 21, 3) *L.* 74 nihilominus *PL, om. S.* 75 experientiae factae *S,* ad experientiam factam *PL.* 75 numquam *SL,* non *P.* 75 tam *S,* adeo *P.* 76 quin sint *S,* quanto... sunt *P.* 76 illo *S,* eo *P.* 76 illos *S,* illum (!) *P.* 77 difficultatem habet *S,* difficilis (*add.* creditu est *L*) *PL.* 77 habet *add.* nam *P.* 79 fieret auditio *S,* audiretur *P.* 80-3 Item... audiri *SP, om. L.* 81 nam *S,* quia *P.* 81 et parvi *P, om. S.* 82 174] 172 *S.*

[291] *De an.* B 8: 420 a 3

[292] *De an.* II 7, n. 234: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, p. 212

Mas en el olor no es tan necesario el aire, ni el agua ofrece tanto impedimento; hay por ello una diferencia. Añádase que la audición a través del agua es dificultosa; y medio es justamente el que procura a la sensación un modo apropiado de producción; ahora bien; la percepción del olor es óptima tanto a través del agua como del aire, máxime para los animales acuáticos.

Nueva dificultad en una segunda objeción: En *tx. 82* afirma Aristóteles que el objeto sonoro es factor del movimiento del aire.— Respuesta: no considera al aire como sujeto o medio adecuado, sino como principal y más frecuente, dado que no hay nombre alguno común para designar el sujeto adecuado; por tanto, la audición del sonido es posible a través del aire, agua, fuego, y consiguientemente a través también de los demás cuerpos mixtos, que posean el mismo grado de sutileza.

5 La audición a través de cuerpos térreos y muy densos es una posibilidad con dificultades. En efecto, la experiencia parece inclinarse por la afirmación: a pesar de que uno se encierre en una habitación bloqueada por paredes compactas, oirá, con todo, el sonido externo; luego ese medio compacto es idóneo para la audición.

Mas la teoría comúnmente aceptada mantiene la posición contraria. De ahí la respuesta de algunos autores a la experiencia aducida: el cuerpo nunca es tan compacto como para no tener poros, llenos de aire, a través de los cuales penetran las especies.

Pero esta solución ofrece dificultad.

Primero. Hay la posibilidad de un cuerpo sin poros, como sería el puro elemento térreo, y a través de él se produciría la audición.

Segundo. No parece que la audición se produzca a través de esos poros, por ser pocos y pequeños y no situados en línea recta. De ahí que antes de la audición sería forzoso el paso del sonido a través de muchos repliegues; ahora bien la audición acontece de modo muy rápido.

De ahí que Cayetano —al que siguen todos los autores modernos— niega la experiencia y afirma que con un medio tan compacto no se producirá audición; el fallo de la experiencia radica en que jamás existe un medio tal, sino que siempre se dan pequeñas hendiduras o zonas excesivamente porosas, a través de las cuales el aire interior de

per sunt aliquae rimulae vel partes nimium porosae, per quas aer intrinsecus [cubiculi cum aere] extrinseco coniungatur, et sic auditur sonus.

Et quidem haec solutio satisfaceret forte experientiae adductae, si auctores hi adducerent aliquam rationem, qua probarent esse impossibile audiri per parietem, nisi per ⌊illum⌋ continuetur aer extrinsecus cum intrinseco; quam tamen ⌊nullam asserunt⌋, sed solam Aristotelis auctoritatem hic asserentis aquam et aerem esse medium. Qua etiam probaretur ignem non esse medium; quod tamen falsum est. Numeravit ergo Aristoteles media usitata et communia, non tamen exclusit alia. Cum ergo nulla ratio afferatur, et experientia etiam faveat parti asserenti sonum audiri posse per densum corpus, haec videtur admittenda.

A d d e quod huiusmodi immutatio est per actionem productivam; sed calor potest calefacere per medium densum, magis vel minus, iuxta capacitatem medii; ergo [et] sonus id poterit. Probabiliter quidem defendi potest haec pars, sed quia rationes urgentes non ⌊habet⌋, sentiendum est cum ⌊communi sententia⌋, pro qua ratio probabilissima fieri potest: Nam sonus est succesivus et citissime transit, et ideo requirit medium quod citissime penetrari possit; huiusmodi autem esse non potest corpus densum, ut patet etiam ex simili adducto: calor enim, qui magis activus est, non penetrat parietem, corpus densum, nisi morose [et] tarde.

Manet tamen aliud d u b i u m, an [per] vacuum possit sonus immutare potentiam. De quo sentio idem [quod] de visu.

6 *De multiplicatione soni.*—Cognito medio, investigare superest, quomodo per illud sonus perveniat ad auditum, nempe quid causando in medio, et quid / in auditu —suppono [enim] medium esse plenum—. *P271*
Et in hoc conveniunt omnes, ⌊quod⌋ [in] organo potentiae ⌊auditivae⌋ producuntur species soni, sicut in oculo species colorum. Tamen de medio sunt diversae sententiae:

Q u i d a m aiunt quod sonus non diffunditur per medium intentionaliter, sed realiter usque ad intrinsecum aerem auditus. Ita videtur

---

88 cubiculi cum aere *P, om. S.* 88 coniungatur *S,* continuatur *P.* 88 sonus *add.* et non alias *P.* 90 si *SL,* sicut *P.* 90 adducerent *S,* asserunt *P.* 90 aliquam *om. P.* 91 audiri *SL,* audire *P.* 91 per illum *P,* per illam *S, om. L.* 91 illum *P,* illam (!) *S.* 92 nullam asserunt *P,* nulla utuntur *S.* 96 etiam *S,* magis *P.* 101 et *P, om. S.* 102 urgentes *add.* etiam *PL.* 102 habet *P,* habent *S.* 103 communi sententia *P,* omni (!) opinioni *S.* 104 fieri *S,* esse *P.* 105 penetrari *S,* penetrare *P.* 107 parietem *om. P.* 107 corpus densum *SP, om. L.* 107-8 morose *SP, om. L.* 108 et *P, om. SL.* 109 Manet *S,* manebit *P.* 109 tamen *S,* autem *P.* 109 per *PL, om. S.* 110 quod *P, om. S.*

6 113 enim *P, om. S.* 114 quod *P,* qui (!) *S.* 114 in *PL, om. S.* 114 auditivae *PL,* auditus *S.* 115 colorum *S,* coloris *PL.* 116 sententiae *S,* opiniones *P.*

la habitación se une con el aire exterior, y de esa manera se oye el sonido.

Esta solución daría quizá cuenta de la experiencia aducida, con tal de que los referidos autores adujesen alguna razón para probar que la audición a través de una pared es posible únicamente cuando a través de ella se establece contacto del aire exterior con el interior sin solución de continuidad; mas no aducen ninguna, sino solamente la autoridad de Aristóteles y su afirmación de que el agua y el aire son medio. Con ellas también se probaría que el fuego no es medio. Mas esto es falso. Aristóteles ha enumerado los medios más frecuentes y comunes, sin excluir los demás. Por tanto, como no se aporta razón alguna y la experiencia además favorece la afirmación de que la audición del sonido es posible a través de un cuerpo compacto, ésta debe ser aceptada, al parecer.

Añádase que tal estimulación se debe a un tipo de acción productiva. Ahora bien; el calor puede calentar a través de un medio compacto, en mayor o menor grado, según la capacidad del medio. Luego también el sonido tendrá esa posibilidad. Probablemente la tesis es defendible, pero como no posee razones apremiantes, es inevitable admitir la opinión comúnmente aceptada, en cuyo favor puede haber un argumento muy probable: El sonido, como realidad sucesiva, pasa rapidísimamente, y por lo mismo exige un medio de rapidísima posibilidad de penetración; no puede ser tal un cuerpo compacto, como se desprende también del caso análogo aducido: el calor, con ser más activo, no penetra la pared, cuerpo compacto, sino de manera pausada y lenta.

Queda en pie otro problema: ¿puede el sonido estimular la potencia a través del vacío? Mantengo la misma teoría que sobre la vista.

6 *La multiplicación del sonido.*—Estudiado el medio, queda pendiente la investigación acerca del modo cómo el sonido llega al oído a través del medio: concretamente, qué es lo que se origina en el medio y qué en el oído —supongo, en efecto, que el medio está lleno—. En el órgano de la facultad auditiva se producen las especies del sonido, como las especies de los colores en el ojo. En esto hay acuerdo general. Hay, sin embargo, diversidad de opiniones en lo tocante al medio:

Para algunos autores el modo de difusión del sonido a través del medio no es intencional sino real, penetrando el sonido hasta el aire interior del oído. Ésta parece ser la posición de Alberto en *Summa de homine, q. De auditu;* mantenida también por Avicena, *6 Naturalium,*

tenere Albertus, *Summa de homine, q. De auditu;*[293] et refert Avicennam, *6 Naturalium.*[294] Favet Aristoteles, *tx. 81,*[295] ubi ait sonativum esse quod facit audire, quia movet aerem continue usque ad auditum; et *tx. 82,*[296] ait quod tunc aer internus movetur atque agitatur; quod significat realem transmutationem.

Alii dicunt sonum per aerem / non diffundi [intentionaliter], *S174v*
tamen diffundi per aquam, quia <tenent> realiter sonum non posse subiectari in aqua, et nihilominus posse auditum immutari per illam.

Alii aiunt sonum per aerem [tantum] intentionaliter diffundi, quia tenent ⌊solum⌋ esse subiective in corpore ⌊sonante⌋; sed hoc exclusum est supra.[297]

7 Unde dico, 1.°, quod sonus multiplicari potest intentionaliter per aerem et aquam.

Probatur experientia.

[1.°] Nam contingit audiri in [eo] loco, ad quem non potest sonus realiter pervenire; ergo perveniunt species intentionales. Consequentia est evidens. Et probatur antecedens, quia auditur sonus, qui fit in loco distantissimo a passere canente, et tamen incredibile est quod sonus ipse realiter usque ad tantam distantiam perveniat, nam sonus realis non causatur sine aliqua violentia et sensibili aeris motione; hic autem, in illo casu et similibus, nulla ⌊fit⌋ aeris commotio; ergo hic non fit commotio nec sonus realiter, sed tantum species illius.

2.° Nam si sonus realiter pervenit usque ad aures, vel pervenit idem numero, qui in prima aeris percussione fuit genitus, vel ille qui per successivam partium percussionem generatur in aere auditui proximo. Primum est impossibile, quia idem sonus auditur a multis in locis distinctis; non posset autem una numero pars aeris ad tot partes ⌊diferri⌋.—Secundum est [etiam] falsum. Nam si tantum ille sonus, qui iuxta ⌊aurem⌋ resultat, ⌊immutaret⌋ intentionaliter auditum, solus ille audiretur, quia solus ille est obiectum immutans. Consequens est contra experientiam: Audio enim sonum ubi fit, et omnes audimus

119 et refert] *iter. S.* 124 dicunt *add.* realem (III 21, 4) *L.* 124 intentionaliter *P, om. SL.* 125 tenent] tenet *S, om. P.* 126 illam *add.* utique intentionaliter (Ib.) *L.* 127 aiunt *S,* dicunt *P.* 127 tantum *PL, om. S.* 128 solum *PL,* sonum *S.* 128 sonante *PL,* sonanti *S.*

7 130 Unde... 1.° *SL,* 1.ª ergo conclusio sit *P.* 130 quod *om. P.* 133 eo *P, om. S.* 134-5 Consequentia est evidens *om. P.* 135 Et *om. P.* 135 quia *add.* hic *P.* 135 auditur *S,* audiri potest *P.* 136 a passere canente *om. P.* 139 fit *P,* fiet *S.* 140 commotio nec *om. P.* 140 sonus *S,* sensus (!) *P.* 143 auditui *S,* auditu *P.* 145 distinctis *S,* distantibus *PL.* 146 diferri *P,* referri *S.* 146 etiam *P, om. S.* 147 aurem *P,* aerem (!) *S.* 147 immutaret *P,* immutavit *S.* 147 intentionaliter *om. P.* 148 quia... immutans (obiectum *S,* subiectum *P) SP, om. L.* 149-51 et... numero *SP, om. L.*

[293] q. 24, a. 5, p. 1: o. c., t. 35, p. 239

[294] 2 p., c. 6: o. c., ff. 9 sq.

[295] *De an.* B 8: 419 b 34 sq.

[296] *Ib.* 420 a 4 sq.

[297] d. 7, q. 6, n. 6

favorecida por Aristóteles en el *tx. 81,* donde se afirma que el objeto sonoro es el que hace oír, por cuanto determina en el aire un movimiento que se continúa hasta el oído; y en *tx. 82* asegura que en ese momento el aire interior entra en movimiento y vibración; esto significa una modalidad real.

Para otros el modo de difusión del sonido a través del aire no es intencional, lo es, sin embargo, a través del agua: sostienen, en efecto, que el agua no puede ser el sujeto real del sonido, y, con todo, es posible la estimulación del oído a través de ella.

Para otros el modo de difusión del sonido a través del aire es únicamente intencional; sostienen, en efecto, que el cuerpo sonoro es sujeto exclusivo del sonido; mas la hipótesis ha quedado descartada anteriormente.

7 De ahí mi primera afirmación: Es posible un modo intencional de multiplicación del sonido a través del aire y del agua.

Prueba experimental:

Primera. Se da el caso de audición en un punto, al que no puede llegar el sonido de modo real; luego llegan las especies intencionales. La ilación es evidente. Prueba del antecedente: se oye el sonido producido en lugar muy distante por un pájaro cantor, y es increíble que el propio sonido llegue de modo real a tan gran distancia, dado que el sonido real no se origina sin alguna violencia y moción sensible del aire; ahora bien, aquí en el caso propuesto y similares, no hay estremecimiento alguno del aire; luego no se produce aquí estremecimiento y sonido reales, sino solamente especies.

Segunda. Si el sonido llega de modo real al oído, o llega el mismo, numéricamente, que fue generado en la primera percusión del aire, o el generado en el aire próximo al oído a través de una sucesiva percusión de partes. La primera hipótesis es imposible, porque el mismo sonido se deja oír de muchos en lugares distintos; ahora bien, es imposible que un sector del aire, numéricamente el mismo, se expanda hacia tantas partes. La segunda es también falsa. En efecto, si solamente el sonido originado junto al pabellón auricular estimulase intencionalmente el oído, ése sólo se dejaría oír, porque ése sólo constituiría el estímulo. El consiguiente está en contra de la experiencia: pues oigo el sonido donde se produce, y todos oímos la misma voz, cuando no es

eamdem vocem, et [tamen] non iuxta ⌊aures omnium⌋ fit idem sonus numero.

/ 3.° arguitur. Nam sonus est per se primo sensibilis et pro- *P271v*
prie; ergo ex se est immutativus auditus, etiam si sit distans, et medium non impediat, ut a simili patet in colore; ⌊ergo⌋ potest species suas per aerem multiplicare.

Neque hoc negavit Aristoteles,[298] [nam] cum ait sonativum esse quod movet aerem usque ad auditum, non intelligit esse de ratione illius quod faciat realiter sonum usque ad auditum [per aerem], sed tantum quod debet esse immutativum auditus.

Sed nunc restat exponendum, quomodo sonus incipiat multiplicare species per aerem.

8 Dico, 2.°: Sonus, simul ac incipit esse, [incipit] multiplicare species intentionales per medium.

Explicatur: Sonus fit per percussionem et successive, sicut percussio; et diffunditur realiter, quamdiu illa percussio est sufficiens ad causandum illum, et quando cessat vis percussionis, cessat multiplicatio soni.

Potest ergo / intelligi quod ⌊quamdiu⌋ illa percussio est adeo *S175*
⌊vehemens⌋ et durat [sufficiens] ad causandum realiter sonum, non multiplicentur species soni, sed postea, quando [finitur] realis multiplicatio soni. Et hoc est opinatus, hic, Albertus, *tract. 3, cap. 18* et *19,*[299] dicens quod sonus realiter multiplicatur usque ad certam distantiam; deinde intentionaliter usque ad auditum. Sequitur Venetus, *tx. 78;*[300] Thienensis, *tx. 79* et *82;*[301] Aegidius, *tx. 84.*[302] <Insinuant> Caietanus,[303] [D.] Thomas,[304] Alexander.[305]

---

150 tamen *P, om. S.* 150 aures omnium *P,* aeris om̄° (!) *S.* 153 et *S,* si *P.* 154 ergo *PL,* qui *S.* 156 Neque *SL,* nec *P.* 156 negavit *S,* negaret *P,* negasset *L.* 156 nam *PL, om. S.* 158 faciat (...) sonum *S,* veniat *P,* pertingat (III 21, 5) *L.* 158 per aerem *P, om. SL.*

8 162 Dico 2.° *S,* ad hoc sit 2.ª conclusio *P.* 162 incipit *P, om. SL.* 164 per percussionem *S,* ex percussione *P.* 166 percussionis *S,* impetus *P.* 166-7 multiplicatio *S,* multiplicari *P.* 168 quamdiu *P,* quando *S.* 168 175] 173 *S.* 169 vehemens *P,* sufficiens *S.* 169 sufficiens *P, om. S.* 170 finitur *P,* sinitur *S.* 171-3 dicens... Sequitur *SP, om. L.* 173 Thienensis *S, praem.* et *P.* 174 Insinuant] insinuat *SP.* 174 D. *P,* S. *S.* 174-5 Thomas *add.* et *P.*

---

[298] *De an.* B 8: 420 a 3 sq.

[299] *De an.* II: o. c., t. 5, pp. 266. 268: "[sonus] in aere est sicut in materia et sicut in medio: in materia quidem sicut in aere commoto et percusso: in medio autem quando ipse sonus intentionem suam solam facit in aere..." (*Ib.* p. 266)

[300] *De an.* II, comm. 78: o. c., f. 78ᵛ

[301] *De an.* II, comm. 79: o. c., ff. 33 sq.; *Cfr. Ib.*, comm. 82, o. c., ff. 34 sq.

[302] *De an.* II: o. c., f. 43, col. 1

[303] *De an.* II 7, n. 232: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, p. 212

[304] *De an.* II, lect. 16, n. 441

[305] *De an.* I [13]: o. c., pp. 104 sq.

numéricamente el mismo el sonido producido junto al pabellón de cada uno.

Tercero. Argumento: el sonido es de suyo sensible propio y primario; luego de suyo posee la función de estimular el oído, incluso si está distante y el medio no lo impide. Ello es claro en el caso análogo del color; luego puede multiplicar sus especies a través del aire.

Tampoco lo ha negado Aristóteles: cuando afirma que lo sonoro es lo que pone en movimiento el aire hasta el oído, no entiende que su esencia esté exigiendo que de modo real y a través del aire produzca un sonido hasta el oído, sino sólo que posea necesariamente la función de estimular el oído.

Queda ahora pendiente de exponer el modo cómo el sonido inicia la multiplicación de sus especies a través del aire.

8 Segunda afirmación: El sonido con el inicio de su existencia inicia la multiplicación de sus especies intencionales a través del medio.

Explicación: El sonido se produce por percusión y sucesivamente, como la misma percusión; y su difusión es real, cuando la percusión es suficiente para originarlo, y al cesar la fuerza percusora cesa la multiplicación del sonido.

Es incomprensible, pues, que, mientras la mentada percusión es tan poderosa y tiene duración suficiente para originar de modo real el sonido, no haya multiplicación de especies sonoras, hasta después, cuando termina la multiplicación real del sonido. Y ésta fue la opinión de Alberto, *tract. 3, cap. 18* y *19,* al afirmar que el sonido se multiplica de modo real hasta cierta distancia; y de ahí hasta el oído de modo intencional. La abrazan Véneto, *tx. 78;* Cayetano de Tiena, *tx. 79* y *82;* Egidio, *tx. 84.* La sugieren Cayetano, Santo Tomás, Alejandro.

Nos [vero] dicimus [in conclusione] quod a principio, simul ac incipit esse sonus, incipit multiplicare species. Sentit hoc ⌊D.⌋ Thomas, *1 p., q. 77, a. <3>; 78, a. 3;* in *2, d. 24, a. 2, quaestiuncula 1.*[306] Et hoc probant argumenta facta. Nam quando audio, percipio sonum, ⌊qui⌋ fit in prima parte, ubi incipit sonus, nempe in cymbalo, vel in ore animalis; ergo sonus ⌊ibi⌋ primo causatus imprimit species suas in auribus meis, nam sonus ⌊causatus⌋ in ultima parte aeris potuit causare species sui, non [tamen] alterius. Ostensum[307] est enim quod species repraesentativa obiecti totius et singularium partium est distincta, saltem partialiter.

Et p a t e t.

⌈1.°⌉ Nam ipse sonus est distinctus; ergo et species.

2. ° Sonus a principio est obiectum per se sensibile; ergo a principio multiplicat species —est enim agens naturale—. Quae patent a simili in colore.

Et c o n f i r m a t u r. Nam causato primo sono, licet alii non multiplicentur, ille esset audibilis, et aliorum multiplicatio non est per se, sed per accidens; [ergo ille per se est multiplicativus specierum; ergo a principio id facit.

S e d c o n t r a arguitur]. Nam sonus est qualitas successiva; ergo non facit species. Patet consequentia, quia vel facit illas per partes praeteritas, vel futuras —et / hoc non, quia [illae] non sunt—, vel per *P272* continuativa —et hoc etiam non, alias illa tantum audirentur—. R e s p o n d e t u r a quibusdam quod producit species per indivisibilia illa, et quod tantum auditur secundum ⌊aliquod⌋ illorum. Sed [hoc] contra experientiam est: Percipio enim integram vocem quae successive fit, et sonum continue durantem; ergo totius integri soni producitur species. Unde videtur dicendum quod totus sonus producat species tam per partes, quam per continuativa; et partes efficiunt quando sunt et quomodo sunt. Habent enim verum esse reale, tamen in tempore, et ita etiam in tempore producunt species, nam sicut sonus successive fit, ita

176 vero *PL, om. S.* 176 in conclusione *P, om. S.* 177 incipit multiplicare *S,* incipiunt multiplicari *P.* 177 D. *P,* s. *S.* 178 3] 1 *SPL.* 179 audio *S, praem.* ego *P.* 179 qui *P,* quod (!) *S.* 180 ³in *om. PL.* 181 ibi *P,* ille *S.* 182 causatus *P,* causat *S.* 183 tamen *PL, om. S.* 183 species *add. iter.* est *S.* 184-5 saltem *PL, om. S.* 189 Quae patent *S,* et patet *P.* 191 Et *om. PL.* 192 multiplicentur *S,* multiplicarentur *P.* 192-3 non (...) per se *om.* P. 193-5 ergo... arguitur *P, om. S.* 197 vel *SL,* et *P.* 197 illae *P, om. S.* 198 continuativa *add.* indivisibilia (III 21, 7) *L.* 198-9 Respondetur a quibusdam *S,* Respondent quidam *P.* 200 aliquod *PL,* aliquos (!) *S.* 200 hoc *PL, om. S.* 201 enim *add.* ego *P.* 204 ¹partes *add.* divisas (Ib.) *L.* 204-5 continuativa... sunt *SP,* individuas suo modo (Ib.) *L.*

[306] *Sent.* II, d. 24, a. 2, q.ª 1

[307] d. 5, q. 2, n. 18

En nuestra tesis afirmamos que desde un principio, con el inicio de su existencia, inicia el sonido la multiplicación de sus especies. Es teoría de Santo Tomás en *1 p., q. 77, a. 3; 78, a. 3;* en *2, d. 24, a. 2, quaestiuncula 1.* Y la prueban los argumentos propuestos. En efecto; cuando oigo, percibo el sonido que se produce justamente en la zona primera donde comienza el sonido, concretamente, en el címbalo o en la boca del animal; luego el sonido originado allí por vez primera imprime sus especies en mis oídos, porque el sonido originado en la última zona del aire pudo originar especies de sí propio, mas no de otro. Pues ha quedado demostrado que la especie que representa el objeto total y las partes singulares es distinta, al menos parcialmente.

Y es claro:

Primero. El sonido en sí mismo es distinto; luego también su especie.

Segundo. El sonido desde un principio es objeto de suyo sensible; luego desde el principio multiplica sus especies —por ser agente natural—. Ello es claro en el caso análogo del color.

Confirmación: Originado el primer sonido, ése sería audible, aunque los otros no se multipliquen, y la multiplicación de los otros no es algo exigido, sino accidental; luego él posee de por sí la función de multiplicar las especies; luego desde el principio la cumple.

Argumento en contra: El sonido es cualidad sucesiva; luego no produce especies. La ilación es evidente. Porque o las produce por medio de sus partes pasadas o futuras —y ése no es el caso, porque tales partes no existen—, o por medio de los elementos continuativos —y tampoco es el caso, porque de serlo se oirían solamente ellos—. Respuesta de algunos: produce sus especies por medio de los mentados elementos indivisibles, y se deja oír solamente de acuerdo con alguno de ellos. Mas la respuesta está en contra de la experiencia: una voz de producción sucesiva la percibo en su integridad y lo mismo un sonido de duración continua; luego se produce una especie de todo el sonido íntegro. De donde se debe afirmar, al parecer, que el sonido en su totalidad produce especies tanto por medio de las partes como de los elementos continuativos; y las partes surten su efecto cuando existen y tal y como existen. Pues poseen verdadero ser real, si bien en el tiempo, y, por consiguiente, también en el tiempo producen sus especies; pues así como la producción del sonido es sucesiva, es también sucesiva la

successive immutat potentiam. Et hoc modo nihil impedit quod res successiva agat per ⌊partes⌋ suas.

S e d c o n t r a, 2.º Nam si sonus multiplicat species intentionales a principio, ergo [in] instanti auditur, nam multiplicatio specierum intentionalium, cum fiat sine resistentia, in instanti fit. Et patet in oculo.

Huic argumento aliqui concedunt totum quod probat. Quos refert Venetus, [hic], *tx. 83.*[308] Videtur tamen hoc contra experientiam loqui. Nam sonus auditur transacto multo tempore, ut quando in silva scinduntur ligna, prius ⌊audit⌋ sonum ille qui scindit, quam qui / longe *S175v* distat. Et fulgor prius videtur quam tonitruum audiatur, quamvis ⌊in se⌋ tonitruum sit prius. Cuius ratio nulla est alia, nisi quia species audibiles multiplicantur successive, et contactus duorum corporum prius videtur, et transacto tempore auditur sonus causatus.

9 Unde pro cuius intelligentia n o t a, [1.º], quod cum sonus incipiat esse per ultimum non esse, actio illius, quae simul cum illo incipit, debet incipere eodem modo, quia si inciperet per primum sui esse, vel antea vel postea inciperet.

2.º est n o t a n d u m quod magnitudo sensibilis ipsius plurimum conducit ad species multiplicandas ad maiorem distantiam, sicut etiam in aliis agentibus multitudo formae auget sphaeram activitatis. Et experientia constat quod magnum [luminosum] immutat visum ad maiorem distantiam quam parvum.

3.º est notandum quod oportet distinguere [in sono] magnitudinem, quae provenit ex parte ipsius soni, ab illa, quae provenit ex parte subiecti, nam non sunt eadem. Ut sonus, qui fit in una et eadem parte aeris, potest esse maior vel minor, si ictus sit maior vel minor, vel [per] aliam causam. Et hanc voco / magnitudinem ex parte soni, *P272v* quae videtur se habere ad modum intensionis, et ita potest nominari. Est etiam sonus maior vel minor, quando [per] plures vel minores partes

208 partes *PL*, species (!) *S*. 209 Sed contra, 2.º *S*, Sed arguitur 2.º contra conclusionem *P*. 210 in *PL*, *om. S*. 211 Et *S*, ut *P*. 213 totum *om. P*. 214 hic *P*, *om. S*. 214 Videtur *S*, videntur *P*. 214 hoc *om. P*. 216 audit *P*, auditur *S*. 217 in se *P*, ipse *S*. 219-20 et... causatus *SP*, *om. L*.

9 221 cuius *S*, huius rei *P*. 221 nota *S*, notandum est *P*. 222 illo *add.* naturali necessitate (III 21, 9) *L*. 228 luminosum *PL*, illuminosum *S*. 230 in sono *PL*, *om. S*. 230-1 magnitudinem *SP*, quantitatem, *add.* (ut ita dicam) (Ib.) *L*. 231 soni *SP*, *om. L*. 232 non sunt eadem *SL*, sunt diversae *P*. 233 [1]minor *add.* per modum intensionis (Ib.) *L*. 234 per... causam (per *om. S*.) *S*, alia causa *P*. 234 magnitudinem *SP*, quantitatem (Ib.) *L*. 235 quae... nominari (quae *S*, quod *P*) *SP*, *om. L*. 236 vel minor *om. PL*. 236 quando *S*, quo *PL* [*transcripción errónea de* qu.º]. 236 per *PL*, *om. S*. 236 vel minores *om. PL*.

[308] *De an.* II, comm. 83
[1]: o. c., ff. 81ᵛ sq.

estimulación de la facultad. Y de este modo nada estorba que una realidad sucesiva actúe por medio de sus partes.

Segundo argumento en contra: Si el sonido multiplica sus especies intencionales desde un principio, es lógica una audición instantánea, dado que es instantánea la producción de las especies, al ser producidas sin resistencia. Ello es claro en el ojo.

Hay autores que conceden al argumento todo su valor probativo. Los cita Véneto en *tx. 83*. Sin embargo, parece que habla en contra de la experiencia: El sonido se oye después de transcurrido mucho tiempo; por ejemplo: cuando en el bosque se está cortando leña, quien la corta oye el sonido antes que el situado a distancia. Y el rayo se ve antes de que se oiga el trueno, a pesar de que el trueno es en sí anterior. La razón del fenómeno es solamente ésta: la multiplicación de las especies audibles es sucesiva, y se ve primero el contacto de los dos cuerpos, y, trancurrido un tiempo, se oye el sonido originado.

9 Para la comprensión del hecho, observación primera: Como el sonido comienza a ser por el último no ser, su acción, que comienza simultáneamente con él, debe comenzar de la misma manera, porque si comenzara por su primer ser, comenzaría bien antes, bien después.

Segunda observación: La magnitud del propio sensible contribuye en gran manera a la multiplicación de las especies a mayor distancia, del mismo modo que en los demás agentes la excelencia de la forma aumenta la esfera de su actividad. Y es un dato de experiencia que un cuerpo luminoso grande estimula la vista a mayor distancia que uno pequeño.

Tercera observación: Es preciso distinguir en el sonido la magnitud que proviene del lado del mismo sonido y la que proviene del lado del sujeto, pues no son las mismas. En cuanto sonido, el producido en una sola y misma zona del aire, puede ser mayor o menor, según sea mayor o menor el golpe, o en virtud de otra causa. Y a ésta llamo magnitud del lado del sonido, cuyo comportamiento se parece al de la intensión y ésa puede ser su denominación. Hay también un sonido mayor o menor, según se dilate el aire por zonas más o menos

aeris dilatatur. Quae [magnitudo] ⌊se habet⌋ ad modum extensionis; et utraque istarum magnitudinum conducit ad activitatis sphaeram augendam, ut ex dictis patet.

Dico ergo quod in sono potest considerari certa sphaera intra quam sonus tantae magnitudinis intensive potest multiplicare species, etiam si sit ⌊minimus⌋ sonus in extensione; et intra hanc sphaeram, quae parva est, ⌊multiplicat⌋ sonus, simul ac incipit esse, species per totam illam, et posset ab aliquo simul audiri, qui intra sphaeram illam contineretur. Et ita videtur docere experientia, quod ad parvam distantiam, simul ac oculus videt contactum corporum sonantium, auris audit sonum, et in eadem distantia ⌊tam cito⌋ auditur sonus distans, quam propinquus; at vero si sphaera sumatur magna et longissima, tunc species soni non ⌊possunt⌋ ad ⌊illam⌋ pervenire, donec sonus [plurimum] multiplicatus fuerit extensive. Et quia haec multiplicatio soni successive fit, ideo species etiam perveniunt ad illam distantiam, transacto aliquo tempore. Et ita salvantur experientiae adductae, et Aristoteles intelligitur, *De sensu, cap.* <6>,[309] ubi ait sonum prius immutare medium quam ⌊auditum⌋.

10 Sed [ex hac solutione] insurgunt duae difficultates.

1.ª Quoniam ex hoc sequitur actionem auditus posse incipere per ultimum non esse, atque adeo successive fieri. Quod videtur contra rationem actus immanentis. /

2.ª Nam haec solutio non videtur posse habere locum, nam *S176* cum sonus sit ens successivum, cum pars sequens facta fuerit, non erit praecedens; ergo numquam crescet in multitudine extensiva.

I t e m   c o n f i r m a t u r. Nam si prior pars soni non simul auditur [ac fit], transacto aliquo tempore audiri non poterit, quia iam [non erit], cum sit successiva.

11 A d   p r i m a m concedo sequelam, nam actus proportionantur suo obiecto, et maxime actus sensuum externorum, qui ab obiectis suis / adeo dependent. Sicut ergo obiectum auditus successive fit, ita succes- *P273* sive auditur; et sicut continue multiplicatur sonus, ita continue multi-

---

237 se habet *P,* solet (!) *S.* 240 Dico *S, praem.* hoc supposito *P.* 240 ergo *SL, om. P.* 242 minimus *P,* minus (!) *S.* 242 hanc *S,* istam *P.* 243 multiplicat *SL,* multiplicatur *P.* 247 tam cito *PL,* tanto *S.* 248 propinquus *add.* vel e contrario *P.* 249 possunt *P,* possit *S.* 249 illam *P,* illas *S.* 249 plurimum *PL, om. S.* 253 sensu *add.* et sensibili *PL.* 253 6] 7 *SPL.* 254 auditum *PL,* audire (!) *S.*

10 255 ex hac solutione *PL, om. S.* 259 176] 174 *S.* 260 non erit *om. P.* 262 Item *om. P.* 263 ac fit *P, om. S.* 264 non erit *P, om. S.*

11 267 ita *om. P.* 268-70 et... immanentis *SP, om. L.*

---

[309] 446 a 20-24; *Cfr.* 446 a 28-447 a 11

amplias. Esta magnitud se comporta como la extensión; y una y otra de estas magnitudes contribuye al aumento de la esfera de actividad, como resulta evidente de las afirmaciones anteriores.

Afirmo, pues, que en el sonido existe esta posibilidad: una zona dentro de la cual un sonido de suficiente magnitud de intensidad pueda multiplicar las especies, aun cuando sea un sonido mínimo en extensión; dentro de esta zona, que es pequeña, el sonido, en el inicio mismo de su ser, multiplica sus especies por toda ella, y podría ser oído simultáneamente por quien se hallara dentro de la zona. Tal parece ser la enseñanza de la experiencia: a corta distancia, al tiempo que el ojo ve el contacto de los cuerpos sonoros, el oído oye el sonido, y a esa misma distancia el sonido distante se oye tan rápidamente como el cercano; pero dada una zona grande y de mucha longitud, a ella no pueden llegar las especies sonoras del sonido, aun cuando el sonido haya experimentado una enorme multiplicación extensiva. Y como es sucesiva la producción de esa multiplicación, acaban por llegar también las especies a tal distancia, transcurrido un tiempo. Y de ese modo se salvan las experiencias aducidas, y se comprende el texto *De sensu, cap. 6* de Aristóteles, donde afirma que el sonido antes modifica el medio que estimula el oído.

10 Pero surgen dos dificultades de la solución dada.

Primera. De ella se sigue que la actividad auditiva puede comenzar por el último no ser, y tener, por tanto, una producción sucesiva. Cosa que parece contraria a la dimensión esencial del acto inmanente.

Segunda. No parece que haya lugar para esta solución: como es la del sonido una entidad sucesiva, la realización de la parte siguiente implica la no existencia de la precedente; luego nunca habrá crecimiento en su magnitud extensiva.

Una confirmación: Si la parte anterior no se oye en el instante de su producción, no podrá oírse, transcurrido algún tiempo, porque, al ser sucesiva, ya no existirá.

11 Respuesta a la primera: Concedida la consecuencia, puesto que el acto guarda proporción con su objeto y máxime los actos de los sentidos externos que tienen tanta dependencia de sus objetos. Por consiguiente, como el objeto del oído es de producción sucesiva, sucesiva es también su audición; y como la multiplicación del sonido es continua, continua es la multiplicación de sus especies, y continua también la multiplica-

plicantur species, et continue etiam multiplicatur et perficitur actus audiendi. Nec hoc est contra rationem actus immanentis.

Ad secundam respondetur quod sonus non est qualitas adeo successiva, quin in eadem parte durare possit aliquo tempore; successiva tamen dicitur, quia successive fit, et tantum durat eo tempore, quo durat illa factio illius successiva; ut si consideremus sonum secundum magnitudinem intensionis in eadem parte, successive acquirit totam perfectionem suam, non tamen ibi permanet, sed statim incipit corrumpi, et brevi tempore esse desinit, tamen in hoc tempore, ⌊quo⌋ durat, non desinit multiplicari sonus extensive, et fieri sufficiens ad multiplicandas illas species ad maiorem distantiam.

Ad confirmationem quidam dicunt quod species soni conservantur aliquantulum post ⌊desitionem⌋ soni. Sed hoc esse non potest, quia species illae pendent in conservari a sono, et si aliquanto etiam tempore manerent, illo corrupto, semper possent conservari sine illo. Quod est contra experientiam. Dicendum est ergo quod species soni tamdiu durant, ⌊quamdiu⌋ sonus ipse est, et intra illud tempus quo durant, possunt audiri et non alio maiori. [310]

QUAESTIO 9.ª

⌊Quodnam⌋ sit organum auditus et quae ipsa potentia

1 De actione istius sensus nihil in particulari ocurrit dicendum praeter [ea quae in universali] dicta [sunt]. Et ideo solum est dicendum de organo potentiae.

Et circa organum est notandum, [1.°], fere omnes philosophos convenire in hoc quod organum, in quo [proxime] residet potentia audiendi, debet esse aliquid aereum, nam cum subiectum adaptatum soni sit aer, et organum ⌊debeat⌋ esse proportionatum, quantum fieri possit, obiecto potentiae, ideo organum ⌊accommodatum⌋ ad sentiendum sonum censetur aliquid aereum. Propter quod Philosophus, *De / sensu* *S176v*

---

273 tamen *S,* sed *PL.* 273 dicitur *S,* datur (!) *P.* 274 illa *om. PL.* 277 quo *PL,* qu.° [= quando] *S.* 278 non desinit *S,* potest *PL.* 278 extensive *SL,* extensius *P.* 279 illas *om. PL.* 281 conservantur *S,* conservatur *P.* 281 desitionem *P,* decisionem (!) *S.* 281 esse *S,* etiam *P.* 283 etiam *om. PL.* 285 quamdiu *L,* quantum *S,* quam *P.* 285 est *om. PL.* 285 quo *SL,* per quod *P.* 286 alio maiori *S,* amplius *P,* ultra, *add.* simile quippiam resolvimus superius cap. 12, num. 3 (III 21, 12) *L.*

2 Quodnam *PL,* quidnam *S.* 2 et... potentia *S,* et potentia *P.*

1 4 ea... universali *P, om. SL.* 4 sunt *PL, om. S.* 4 est *S,* superest *P.* 5 potentiae *add.* ipsius *P.* 6 Et... organum *S,* circa quod *P.* 6 fere *add.* unanimiter *P.* 7 proxime *P, om. SL.* 9 soni *SL,* sonorum (!) *P.* 9 sit *PL,* sicut (!) *P.* 9 debeat *PL,* debet *S.* 10-1 ideo... aereum *SP, om. L.* 10 accommodatum *P,* accommodatur *S.*

---

[310] *Cfr.* d. 6, q. 2 (1.ª concl.), n. 4

ción y consumación del acto de oír. Lo cual no es contrario a la noción esencial de acto inmanente.

A la segunda: El carácter sucesivo de la cualidad sonora no es tan fuerte, que no pueda el sonido durar algún tiempo en una misma parte; se habla, con todo, de que es sucesiva, porque sucesiva es su producción, y su duración se limita temporalmente a la duración de esa su realización sucesiva. Consideremos el sonido según la magnitud de intensión, que posee en una misma zona: adquiere toda su perfección de modo sucesivo, sin que, con todo, se mantenga en ese punto. Al contrario, comienza inmediatamente su corrupción y en breve tiempo deja de existir. No obstante, en el tiempo de su duración no deja el sonido de multiplicarse de modo extensivo ni de estar siendo suficiente para multiplicar las mentadas especies a mayor distancia.

En corroboración hay quienes afirman que las especies sonoras se conservan algún momento, después que el sonido ha dejado de existir. Mas ello es imposible, porque las referidas especies dependen del sonido en su conservación, y caso de mantenerse siquiera breves momentos, tras la corrupción del sonido, siempre habría la posibilidad de que se conservaran sin él. En contra de la experiencia. Es inevitable, por tanto, afirmar que las especies del sonido duran tanto cuanto la existencia del propio sonido, y pueden oírse dentro del tiempo de su duración, no en otro mayor.

CUESTIÓN 9.ª

Órgano del oído y facultad auditiva

1 La acción de este sentido no ofrece una temática especial, al margen de la general estudiada. Y por lo mismo sólo debe tratarse el tema del órgano de la facultad.

Y en torno al órgano una primera observación: hay acuerdo casi general entre los filósofos en que el órgano, donde reside próximamente la facultad auditiva, ha de ser algo de tipo aéreo: al ser el aire el sujeto apropiado del sonido y al tener el órgano que guardar proporción, en la medida de lo posible, con el objeto de la facultad, resulta que el órgano acomodado a la sensación del sonido se estima ha de ser algo de tipo aéreo. Y ésta es la razón de que sea teoría común del

et sensibili, cap. [2][311] —et cum [eo] caeteri philosophi et [ex] medicis [multi]— consentiunt ita.

Non tamen hoc ita intelligendum est, ut organum auditus sit purus aer, nam organum sensus debet esse pars animalis, nam debet sentire et nutriri; aeri autem puro haec repugnant, quia non informatur [anima]. Dicitur ergo aereum, quia in eo debet praedominare aer, aut qualitas illius. Quod colligi / potest ex Aristotele, infra, *tx. 111.*[312] *P273v*

Sed contra. Nam *2 De partibus, cap. 1,*[313] videtur dicere quod in solo tactu organum est quid mixtum, in aliis vero est quid simplex; sed ibi loquitur de perfecta mixtione, nam vult quod in tactu organum debet esse attemperatum sine praedominio alicuius elementi, quantum fieri potest, in aliis vero sensibus potest elementum aliquod praedominare; et ideo dicuntur de [natura] unius simplicis. Quomodo diximus organum visus esse aqueum, et ita et nunc dicimus organum auditus esse aereum.

2 Tamen ad intelligendum est notandum, 2.°, quod aures exteriores non sunt auditus instrumenta, sed datae sunt a natura, ut aer in sono commotus in earum anfractibus refrangeretur, et sensorium auditus non laederet et illud melius immutaret. Et ideo facta est auris dura et cartilaginosa —*1 De historia, cap. 11*—.[314] Intra aurem vero est nervus quidam descendens a cerebro, qui terminatur [ad concavitatem] auris, per quem nervum spiritus [animales] auditui [communicantur] a cerebro; illa autem concavitas plena est parte quadam animata, spirituosa et aerea, quae aer vitalis dicitur a Themistio, *cap. 28,*[315] et a Simplicio, *tx. 82;*[316] illa autem pars tegitur, et concavitas illa auris clauditur quadam membranula, quae tympanum dicitur. Extra membranulam [autem] illam reliquum concavum [auris] est aere plenum, qui continuatur cum aere externo. Et ex omnibus illa pars spirituosa sub membrana contenta est organum auditus propter rationem factam. Membrana vero deservit ad tutamentum illius sensorii, nam si ab extrinsecis commotionibus immediate impeteretur, laederetur facile. Unde auditio fit isto modo: Quod [sonus vel] species soni perveniant usque ad aerem

12 2 *PL,* 22 *S.* 12 eo *P, om. S.* 12 ex *P, om. S.* 13 multi *P,* multa *S.* 13 consentiunt *S,* sentiunt *P.* 17 anima *P,* animal (!) *S.* 17 eo *S,* illo *P.* 17 aut *S,* et *P.* 20 est quid mixtum *S,* immistum *P.* 20 [2]quid *SL, om. P.* 23 potest *S,* poterit *P.* 24 natura *PL, om. S.* 25 [1]et *om. PL.* 26 auditus *add.* debere *P.*

2 27-8 exteriores *S,* externae *P.* 32 ad concavitatem *PL,* a concavitate (!) *S.* 33 auris *S,* aeris (!) *P.* 33 animales *PL,* animalis (!) *S,* 33 auditui] auditur, *add.* et *S.* 33 communicantur *P,* communicatur *S.* 36 illa *S,* haec *PL.* 37 membranula *SL,* membrana *P.* 38 autem *P, om. S.* 38 auris *P,* aeris (!) *S.* 41 vero *S,* autem *PL.* 43 sonus vel *PL, om. S.*

[311] 438 b 20
[312] 423 a 12 sq.
[313] 647 a 14-24
[314] 492 a 16
[315] *De an.* II 28: o. c., p. 272
[316] *De an.* II 82: o. c., f. LXIII

Filósofo en *De sensu et sensibili, cap. 2* y de los demás filósofos, y de muchos entre los médicos.

Mas ella no ha de entenderse como si el órgano del oído consistiera en puro aire: el órgano del sentido, con sus funciones obligadas de sensación y nutrición, es parte no menos obligada del animal; y tal condición es incompatible con el puro aire, porque el alma no informa el aire. Se habla de tipo aéreo en cuanto que es obligado en el órgano el predominio del aire o de una cualidad del mismo. Ello puede inferirse del texto posterior de Aristóteles, *tx. 111.*

Una dificultad: En *2 De partibus, cap. 1* parece afirmar que sólo en el tacto el órgano es de tipo mixto, mientras que en los demás, de tipo elemental. El texto habla de una mezcla perfecta: sostiene, en efecto, que en el tacto el órgano ha de poseer un equilibrio sin predominio de ningún elemento, en la medida de lo posible, mientras que en los demás sentidos es posible el predominio de algún elemento; y en ese sentido se dice de ellos que son de tipo elemental. Al modo como hemos dicho que el órgano de la vista es acuoso, decimos también ahora que el órgano del oído es aéreo.

2 Con todo, para aumentar la comprensión, una segunda observación: El oído exterior no constituye el instrumento del oído. Está naturalmente destinado a que el aire estremecido en el sonido, rompiendo en sus repliegues, no lesione el órgano sensorial y lo estimule con mayor perfección. Y por eso el oído exterior es de constitución dura y cartilaginosa *—1 De historia, cap. 11—*. Dentro del oído se aloja un nervio, que desciende del cerebro y va a terminar en la cavidad del oído. Por ese nervio los espíritus vitales se comunican al oído desde el cerebro. Dicha cavidad está llena de una sustancia vital, espiritosa y aérea, a la que Temistio, *cap. 28,* y Simplicio, *tx. 82,* dan el nombre del aire vital; la sustancia está cubierta y la cavidad cerrada por una pequeña membrana, llamada tímpano. Fuera de la pequeña membrana queda una cavidad exterior llena de aire, que se une al aire externo sin solución de continuidad. Y de todos estos elementos la sustancia espiritosa contenida bajo la membrana constituye el órgano del oído por la razón aducida. Por su parte la membrana contribuye a la defensa del órgano sensorial, porque de recibir el impacto inmediato del aire exterior violentamente estremecido se lesionaría fácilmente. Consiguientemente, éste es el modo de producción de la audición: El sonido o las especies del sonido llegan hasta el aire contenido en la cavidad exterior del oído.

in extrinseca [auris] concavitate contentum, et attingit membranam, et per illam producitur in sensorium auditus species soni; potentia autem ibi existens, et tali specie informata, elicit actum audiendi.

3 Sed est, 3.°, notandum quod in scissionibus anatomicis apparent clare dictus nervus et membrana. De quo / Vesalius, *lib. 1 De fa-* *S177*
brica, / cap. 8;[317] Valverde, *lib. 1, cap. 3;*[318] Averroes, [in *Collectaneis*], *P274*
lib. <1>, cap. <19>,[319] qui diligenter haec inquirunt, et omnia auris ossicula enumerant, tamen aiunt partem illam aeream, quam dicimus esse sensorium, numquam esse per Anatomem inventam, quod forte contingit, quia mortuo homine, pars illa facile corrumpitur atque dissipatur. Unde [licet] experimento non sit cognita, non tamen neganda est, quia ratio convincit organum auditus futurum esse [aereum]; nervus autem et membrana, quae in organo reperiuntur, terrestria sunt; est ergo praeter haec aliquid aereum, quod est sensorium auditus. Unde falsus [est] Albertus, *Summa de homine, tract. De auditu, q. 1,*[320] qui cum Avicenna[321] dixit sensorium auditus esse nervum aliquem. Quibus videtur consentire Galenus, *lib. 1 De causis symptomatum, cap. 3;*[322] tamen, *7 De placitis,*[323] aperte consentit cum Aristotele,[324] hic.

4 4.° est notandum quod Aristoteles, hic, *tx. 83,*[325] ait huiusmodi sensorium debere esse omnino immutabile, ut possit percipere omnes differentias sonorum; tamen, *tx. 82,*[326] ait quod aer [auri] insitus movetur exteriori aere moto; et *tx. 84,*[327] ait quod aer in auribus existens semper movetur proprio motu. In quibus locis videtur [esse] contradictio, et auctores intelligunt illa non de parte aerea, quae est sensorium, sed de aere vero in extrinseca [auris concavitate existente]. Et dicunt quidam istum dici immobilem, quia numquam [extra illum lo-

---

44 auris *PL,* aeris (!) *S.* 44 ¹et *om. P.* 45 sensorium *S,* sensorio *PL.* 46 et *om. P.*

3 47 3.° *SL,* hic *P.* 47 scissionibus *add.* et divisionibus (III 22, 3) *L.* 48 177] 175 *S.* 48 Vesalius *L,* Vasaleo *P,* Besalion *S.* 48-9 fabrica *add.* corporis humani *P.* 49-50 Averroes... 19 *om. PL.* 50 1... 19] 9... 3 *S.* 51 aiunt *S,* dicunt *P.* 52 inventam *S,* receptam *P.* 53 mortuo homine *SP,* dissoluto a corpore animo (Ib.) *L.* 53 corrumpitur atque (atque *S,* et *P*) *SP, om. L.* 54 licet *PL,* lib. 3 (!) *S.* 54 tamen *om. PL.* 55 aereum *PL,* aerem (!) *S.* 56 organo *S,* aure *P.* 58 est *PL, om. S.* 61 cum Aristotele *S,* Aristoteli *PL.* 61 hic *S,* in hoc *P.*

4 62 notandum *add.* tamen *P.* 63 immutabile *S,* immobile *PL.* 64 auri *P,* aeri (!) *S.* 65 exteriori *SL,* exteriore *P.* 65 aer *om. P.* 65 existens *om. P.* 66 locis *om. P.* 67 auctores *S,* expositores *P.* 68 auris concavitate existente *P,* aeris existens in concavit.ᵉ (!) *S.* 69 quidam *om. P.* 69-70 extra... locum *P,* ex illo loco *S.*

---

[317] O. c., pp. 34 sq.
[318] O. c., f. 6ᵛ
[319] O. c., f. 8, col. 2; *Cfr. Collect.* I 16: o. c., f. 87ᵛ, col. 1
[320] = q. 23, a. unicus: o. c., t. 35, p. 229
[321] *De an.* [= VI Naturalium] 2 p., c. 6: o. c., f. 9ᵛ, col. 1
[322] O. c., 3.ª Cl., f. 15ᵛ F
[323] cc. 3 et 4: o. c., 1.ª Cl., ff. 268ᵛ sqq.
[324] *De an.* B 8: 420 a 19
[325] *Ib.*: 420 a 9 sqq.
[326] *Ib.*: 420 a 4 sq.
[327] *Ib.*: 420 a 16 sq.

Alcanza la membrana y a través de ella se produce en el órgano del oído la especie del sonido. La facultad, que tiene allí su existencia, e informada por tal especie, alumbra el acto de audición.

3 Pero hay una tercera observación: En las disecciones anatómicas aparecen con claridad el nervio y membrana mentados. Sobre el particular, Vesalio, *lib. 1 De fabrica, cap. 8;* Valverde, *lib. 1, cap. 3;* Averroes, en *Collectaneis, lib. 1, cap. 19,* quienes hacen un cuidadoso análisis y enumeran todos los huesecillos del oído. Sin embargo, aquella sustancia aérea, en que hemos dicho consiste el órgano sensorial, jamás ha sido hallada por la Anatomía. El caso quizá se deba a que tras la muerte del hombre, aquella sustancia experimenta fácil corrupción y se disgrega. Por lo mismo no ha de ser negada, aunque no se posea conocimiento experimental de ella, pues la razón demuestra definitivamente que el órgano del oído ha de ser aéreo; ahora bien, el nervio y la membrana son térreos; luego al margen de ellos existe algo de tipo aéreo, que es justamente el órgano del oído. De ahí el error de Alberto, *Summa de homine, tract. De auditu, q. 1,* al afirmar con Avicena que el órgano del oído es un nervio. Con esta teoría parece estar de acuerdo Galeno, *lib. 1 De Causis symptomatum, cap. 3;* sin embargo, en *7 De placitis,* el acuerdo con Aristóteles, en este punto, es manifiesto.

4 Cuarta observación: Aristóteles, sobre este punto, *tx. 83,* afirma que el órgano en cuestión debe ser absolutamente inmutable, para poder percibir todas las diferencias de sonidos; con todo en *tx. 82* afirma que el aire alojado en el oído resulta movido por el también movido aire exterior, y en *tx. 84* continúa afirmando que el aire existente en el oído está siempre moviéndose con movimiento propio. En estos textos parece existir una contradicción. Los autores los interpretan como referidos no a la sustancia aérea que constituye el órgano sensorial, sino al aire auténtico, que existe en la cavidad exterior del oído. Para algunos se habla aquí de un aire inmóvil, por cuanto nunca se le saca fuera de su recinto, si bien en el interior del recinto experimenta movimiento. En

cum⌋ fertur, moveri autem intra illum locum. Ita Themistius, *cap. 28;* [328] Philoponus, *f.* ⌊*61*⌋, *col. 3;* [329] [Averroes, Aegidius] et alii.

S e d c o n t r a hoc est quod ille aer, si non est organum, saltem est medium audiendi, et ideo, si continue moveretur, impediret ⌊auditum⌋.

A d d e quod fingi non potest a quo moveatur et perpetuo.

Melius, [ergo] ⌊D.⌋ Thomas [330] et Simplicius [331] ⌊exponunt⌋ quod ille aer auris de se est immobilis, tamen ab extrinseco commovetur per aliquam pravam dispositionem auditus. Quae expositio consonat [verbis] Aristotelis, nam postquam dixit aerem illum moveri, subdit: "⌊Verum] ipse sonus alienus est, et non proprius". [332] Et praeterea vult talem motum esse signum depravati auditus. Quocirca ille motus qui sentitur in ⌊aure⌋, si digito claudatur, non est quia internus ille aer continue moveatur, / ut alii putant, sed provenit ex eo quod ille aer vehementius intruditur, et externus aer tendit ad ⌊internum⌋; et sic causatur sonus hic. *P274v*

5 Ultimo est n o t a n d u m ex Aristotele, *lib. 4 De historia animalium, cap. 8,* [333] quod in quibusdam animalibus minus perfectis / auditus constituitur in medio animalis, nec habent aures prominentes, sed tantum quemdam anfractum, cuius foramen apparet extrinsecus. Et in quibusdam ⌊aliis⌋ imperfectioribus animalibus, quae videntur audire, non apparet determinatus locus ubi ⌊sit⌋ auditus, ut *2 De partibus* etiam dicitur, *cap. 12.* [334] Tamen haec differentia est in his quae sunt ad melius esse, et ad maiorem perfectionem et custodiam huius potentiae, tamen [substantia illa], quam [diximus] esse organum, necessario debet reperiri, saltem proportionaliter, in omnibus quae habent verum et proprium auditum. *S177v*

---

70 moveri *SL,* movere *P.* 71 61 *PL,* 60 *S.* 74 auditum *PL,* auditui (!) *S.* 75 et *om. PL.* 76 ergo *PL, om. S.* 76 D. *PL,* s. *S.* 76 exponunt *P,* exponit *S.* 77 commovetur *S,* movetur *P.* 78-9 verbis *PL, om. S.* 79-80 Verum *PL,* lut [= velut] (!) *S.* 82 aure *P,* aere (!) *S.* 82 continue *SL,* continuo *P.* 83 ille *SP,* externus *L.* 84 et... internum (tendit *S,* pelletur *P*) *SP,* quem interior pellere nititur (III 22, 4) *L.* 84 internum *P,* externum (!) *S.* 85 hic *S,* ille *P.*

5 86 est *om. P.* 86 animalium *SL, om. P.* 88 animalis *SP,* corpore (III 22, 5) *L.* 90 aliis *P,* ait *S.* 90 animalibus] *add. iter.* minus perfecte *S.* 90 quae... audire *SP, om. L.* 91 sit *P,* est *S.* 94 substantia illa *PL,* substantiam illam (!) *S.* 94 diximus *PL,* dicimus *S.* 95-6 et proprium *om. P.*

---

[328] *Cfr. supra not.* 315

[329] *De an.* II: o. c., f. [61]

[330] *De an.* II, lect. 17, nn. 454-458

[331] *De an.* II 84: o. c., ff. LXIIIIv sq.

[332] *De an.* B 8: 420 a 17 sq.

[333] 533 a 18- b 4

[334] 657 a 4 sqq.; *Cfr. Ib.*: a 19 sq.

este sentido Temistio, *cap. 28;* Filópono, *f. 61, col. 3,* Averroes, Egidio y otros.

Esta interpretación tiene una dificultad: el aire de referencia, si bien no es el órgano, es al menos medio de la audición y, por tanto, su movimiento continuo sería un obstáculo para el oído.

Añádase que no es posible imaginar el factor del movimiento y de un movimiento constante.

Es, pues, más valiosa la interpretación de Santo Tomás y Simplicio: el aire del oído es de suyo inmóvil, mas experimenta una moción extrínseca debida a una defectuosa disposición del oído. Esta interpretación la hacen cierta las palabras de Aristóteles: tras afirmar el movimiento del mentado aire añade: "Pero el sonido en sí mismo es ajeno y no propio". Y además sostiene que tal movimiento es señal de un defecto en el oído. En consecuencia, el movimiento sentido en el oído, si el dedo lo cierra, no es debido al movimiento constante del aire interno, como algunos piensan, sino el apretón poderoso que el aire interno experimenta cuando el aire externo se dirige hacia el interno; tal es el proceso en la producción de este sonido.

5 Última observación: tomada de Aristóteles, *lib. 4 De historia animalium, cap. 8.* En algunos animales menos perfectos el oído está situado en el centro del animal, sin oído exterior saliente, con sólo una especie de pliegue, cuyo orificio aparece al exterior. Y en otros todavía más imperfectos, que al parecer oyen, no aparece la localización determinada del oído, según otro texto, *2 De partibus, cap. 8.* Sin embargo, esta diferencia atañe al mayor grado de perfeccionamiento y a la excelencia y mayor protección de esta facultad. Pero la sustancia aquella, que hemos dicho constituye el órgano, ha de encontrarse por fuerza, al menos en su tanto, en todos los animales dotados de oído propio y verdadero.

6 Ex his ergo [omnibus] notatis constat [quod] sit organum auditus. Constat etiam quae natura sit potentia auditiva: Est enim qualitas in organo hoc existens, apta ad percipiendum sonum per propriam speciem, quam ab illo recipit.

QUAESTIO 10.ª

Quidnam sit odor, et quid sapor, et de eorum speciebus

1 Postquam dictum est de auditu, dicendum est de olfactu, cuius obiectum est odor, ut experientia constat; et ideo eius natura explicanda [prius] est, tamen quia odor et sapor habent magnam inter se vicinitatem, ideo simul de sapore dicendum est. De odore [ergo] fuit sententia Heraclyti, quam Aristoteles refert, *De sensu, cap. 5,*[335] qui dixit odorem esse vaporem seu exhalationem. Et Avicenna, *6 Naturalium, p. 2, cap. De odore,*[336] ait esse humidum spiritum. Et Conciliator medicorum, *diff. 155,*[337] ait esse spiritum quemdam medium inter fumum et vaporem. Quod tamen Aristoteles improbat dicto loco.[338]

2 Prima conclusio: Odor est qualitas tertiae speciei.

Probatur: Est accidens per se primo sensibile. Nulla enim substantia est per se sensibilis; ergo est qualitas dictae / speciei. Omnia *P275*
enim sensibilia propria in illa specie collocantur, quia [nec] est aliud praedicamentum, nec alia species [in illo], in qua ponatur.

Item, quod sit accidens patet, quia adest et abest, etc. Quod vero sit qualitas patet, quia habet modum afficiendi substantiam quemadmodum qualitates omnes.

3 Secunda conclusio: Odor est qualitas secunda, consequens ex mixtione primarum, in qua siccum vincit humidum, et calor absolute dominatur.

---

6 97 omnibus *PL, om. S.* 97 quod *PL,* quid *S.* 98 natura *om. PL.* 99 existens *S,* residens *PL.*

2 Quidnam *SL,* quid *P.* 2 quid *SL, om. P.*

1 3 Postquam... auditu (est *om. P*) *SP, om. L.* 3 dicendum... olfactu *S,* sequitur ut de olfactu loquamur *P.* 5 prius *PL, om. S.* 6 est *S,* erit *P.* 6 ergo *PL,* vero *S.* 7 sensu *add.* et sensibili *PL.* 9 ait *S,* asserit *P.*

2 12 Prima *S, praem.* sit ergo in hac quaestione *P.* 12 *add. in margine a. m.:* Ita Toletus, *2 De Anima, q. 25* [c. 9, tx. 100: o. c., ff. 100 sq.] *S.* 13-4 Nulla... speciei *SP, om. L.* 14 dictae speciei *S,* 3 specie *P.* 15 nec *P,* necesse (!) *S.* 16 in illo *P, om. S.* 17 etc. *SL, om. P.* 18-9 quemadmodum... omnes *S,* quem aliae qualitates habent *P.*

3 21 mixtione *S, praem.* illa *P, om. L.* 21 vincit *SL,* uniet (!) *P.*

---

[335] 443 a 21-24

[336] c. 5; [*rectius*: De olphatu]: o. c., f. 9, col. 1

[337] O. c., f. n. n.

[338] *De sensu,* c. 5: 443 a 24- b 2

6 De todas las anteriores observaciones resulta claramente determinado el órgano del oído y clara también la naturaleza de la facultad auditiva: en efecto, es una cualidad radicada en el órgano, idónea para la percepción del sonido mediante especie propia, recibida de él.

CUESTIÓN 10.ª

El olor, el sabor y especies de ambos

1 Después del tema del oído, el del olfato, cuyo objeto es el olor, como consta por experiencia; precede el estudio de su naturaleza. Dada la gran afinidad entre olor y sabor, se trata simultáneamente el tema del sabor. La teoría de Heráclito sobre el olor, citada por Aristóteles en *De sensu, cap. 5,* hace del olor un vapor o exhalación. Avicena afirma en *6 Naturalium, p. 2, cap. De odore,* que se trata de un espíritu húmedo. Para el Conciliador de los médicos, *diff. 155* es una especie de espíritu a medio camino entre el humo y el vapor. Aristóteles lo rechaza en el pasaje citado.

2 Primera tesis: El olor es una cualidad de la tercera especie.

Prueba: Es un accidente primariamente sensible por sí mismo. En efecto, no hay sustancia sensible por sí misma; luego es cualidad de la tercera especie. Efectivamente, todos los sensibles propios se inscriben en dicha especie, dado que ni existe otro predicamento, ni en el predicamento otra especie, donde situarlo.

Asimismo, su presencia y ausencia, etc. muestran su carácter de accidente. El modo de afectar a la sustancia, similar al de todas las cualidades, muestran su carácter de cualidad.

3 Segunda tesis: El olor es una cualidad secundaria, que resulta de la mezcla de las primarias, en la que la sequedad tiene preponderancia sobre la humedad, y hay un dominio absoluto del calor.

Ita Aristoteles, *De sensu, cap. 5;*[339] D. Thomas, [hic], *lect. <19>,* ⌊*tx.*⌋ *95.*[340] [Albertus], *Summa de homine, tract. De olfactu, q. 9,*[341] ait odoris subiectum esse ignem temperatum, id est, in quo praedominantur / qualitates * ignis. I d e m Alexander, [*De sensu et* **S178**
sensibili], *cap. De odore,*[342] et alii, hic. Theophrastus, *lib. 6 De causis plantarum, cap. 1.*[343] I d e m ⌊insinuabant⌋ dicentes odorem esse fumum vel exhalationem. Explicabant enim naturam odoris per sua subiecta, in quibus calor et siccitas praedominantur.

Et p r o b a t u r conclusio. Nam res odorifera calefacta meliorem odorem emittit, unde tempore aestatis melius percipiuntur odores. Et multa sunt quae in igne [fumantia] odorem emittunt, et [alias non]. Hoc [ergo] demonstrat calorem esse praecipuam dispositionem ad odorem.

I t e m , praeterea, odoriferus fumus facile ascendit; quod habet a calore et siccitate praedominante. Accedit enim ad complexionem ignis, et ideo participat motum illius.

I t e m constat, nam si res aliqua multum humectetur, non emittit odorem, quamvis antea odorem haberet. Organum etiam huius sensus, si nimium sit humidum, non potest percipere perfecte odorem. Dulcia etiam minus odorifera sunt, quia in eis praedominatur humiditas. Requirit ergo odor praedominium siccitatis, non tamen debet esse res omnino arida, nam huiusmodi res nullum habent odorem, et [ideo] semper requiritur aliquod temperamentum humiditatis.

---

sensus. Sonus enim tantum est in aere, etc; odor vero et sapor non sunt qualitates activae, et requirunt certum temperamentum in suo obiecto; tactus vero non percipit qualitates sui organi, propter rationes supra dictas; [532] visus vero non percipit lumen inhaerens pupillae, quia non habet species illius. Et haec est ratio communis, scilicet, quia qualitas inhaerens organo non actuat intentionaliter sensum. /

Si autem propositio intelligatur quod sensibile contiguum sen- *S188*
sui non potest percipi ab illo, in rigore tantum verificatur in visu, quoniam ad videndum requiritur obiectum illuminatum; non potest autem illuminari, nisi per medium, et quia si obiectum ponatur contiguum visui, vel visus laeditur, vel palpebrae clauduntur; lumen autem medii, quod est contiguum visui, forte videtur per modum medii, sicut supra [533] diximus de lumine aeris. In aliis autem quattuor sensibus nec maxima habet verum, neque ratione probatur.

Contra. Nam obiectum debet immutare potentiam per species intentionales; ergo requiritur medium, ut per illud species reddantur quodammodo spirituales.—Respondetur: Nego consequentiam. Species enim non redduntur spirituales propter medium, sed quia obiectum habet virtutem ad faciendas illas, et quia sensus est capax illarum.

73.° colligitur, quodnam sit medium gustus et tactus, nam per se loquendo nullum est necessarium, tamen etiam aliquando possunt sentire per medium, et tale medium respectu tactus non est unum vel aliud determinatum, sed erit omne illud per quod potest fieri actio primarum qualitatum; respectu vero aliarum, quae primae non sunt, ut durities, etc., non quodlibet medium sufficeret, nam nec per aerem potest sentiri durities, nec per aliud corpus nimis durum, ut nullus percipiat duritiem lapidis tangendo ferrum quod est supra <illum>.

Ita Aristoteles, *tx. 113,* [534] ubi aliud exemplum ponit: Si habens clypeum ense percutiatur, ex vi contactus non sentiet duritiem ensis sive clypei; oportet ergo, ut medium sit aliquantulum molle, non tamen

---

6 191-2 et requirunt... obiecto *S,* subjectum sibi non disponunt, sed sibi accommodatum supponunt, *add.* qualia non sunt odorandi, gustandique organa (III 27, 7) *L.* 196 188] 186 *S.* 201 autem *add.* interni (Ib.) [externi (!) *V*] *L.* 202 modum *SL,* medium (!) (Ib.) *V.* 202 lumine *add.* externi (Ib.) *L.* 204 *add. in marg a. m.:* Ita Toletus, *3 Animae, q. 2* [c. 1, tx 136: o. c., f. 119ᵛ, col. 1]. Et dicit quod in calore necessarium est medium, quia non movet, nisi actu diaphanum, quod si esset superpositus [semper positus *S*] obscuraret pupillam, et sic non immutaret" [*in ed. cit.:* moveret] *S.*

7 218 quod... illum *om. L.* 218 illum] illud *S.* 220-1 ex vi... clypei *om. L.*

---

[532] d. 7, q. 13 (1.ª concl.), nn. 3 sq.

[533] d. 7, q. 1 (3.ª concl.), n. 6

[534] *De an.* B 11: 423 a 21- b 17. *De exemplo citato, Cfr. Ib.*: 423 b 15 sqq.

aire, etc.; por otro lado el olor y el sabor no son cualidades activas, y exigen una determinada combinación en su objeto; el tacto no percibe las cualidades de su órgano, en virtud de las razones anteriormente alegadas; la vista no percibe la luz radicada en la pupila, por carecer de sus especies. Y la razón general es ésta: una cualidad radicada en el órgano no actualiza intencionalmente el sentido.

Ahora bien; si la proposición se entiende en el sentido de que es imposible la percepción de un objeto sensible contiguo al sentido, en rigor se verifica sólo en la vista, porque una exigencia de la visión es la iluminación del objeto y la iluminación sólo se hace posible a través de un medio, y porque si el objeto se coloca contiguo a la vista, o se daña la vista o se cierran los párpados; la luz del medio, contiguo a la vista, quizá se vea a la manera del medio, como se ha dicho anteriormente de la luz del aire. En los otros cuatro sentidos ni se verifica el principio, ni se prueba por razón.

Una dificultad: El objeto debe estimular la facultad mediante especies intencionales; luego se exige un medio para que a través de él las especies adquieran cierta condición de espiritualidad.—Respuesta: Niego la ilación. En efecto, las especies no adquieren su condición de espirituales en virtud del medio, sino en virtud del poder del objeto para producirlas y de la capacidad del sentido para recibirlas.

7 Tercero. Se desprende la particular condición del medio del tacto y gusto: estrictamente hablando no es necesario ninguno, aunque a veces puedan también sentir a través de un medio; y respecto del tacto ese medio no es uno u otro determinado, sino todo aquello, a través de lo cual se hace posible la acción de las cualidades primarias; respecto de las demás que no son primarias, como la dureza, etc., no sería suficiente un medio cualquiera, porque ni el aire es medio que posibilita la sensación de dureza, ni lo es un cuerpo de dureza eminente; nadie, por ejemplo, percibe la dureza de una piedra tocando el hierro que está sobre ella.

En este sentido, Aristóteles, *tx. 113,* donde pone otro ejemplo: quien armado de escudo recibe un golpe de espada no sentirá, en virtud del contacto, la dureza de la espada o del escudo; es preciso, por consiguiente, un medio un tanto blando —sin que llegue a fluido, como

fluens, ut aer, sed magis consistens, ut pellis, ut per tale corpus possit fieri confricatio rei durae; quae confricatio necessaria est, ut cognoscatur durities.

Contra. Nam videtur quod tactus non possit percipere sine medio. Ait enim Aristoteles, *tx.* [*113*],[535] quod non possunt duo corpora dura se immediate tangere; tactus autem est in corpore duro; ergo non potest tangere aliud corpus durum sine medio.—Respondetur maiorem esse falsam. Possunt enim duo corpora solida se immediate tangere, et maxime in aere. Lapis enim cadens in terram immediate tangit illam, non vero detinetur in aere. Vide Thienensem, hic, *tx. 113;*[536] Apollinarem, *q. 31.*[537]

Idem est in aqua. Possunt enim duo corpora ita esse coniuncta inter se, quod licet intromittantur in aquam, nihilominus aqua non intrabit in illa; tamen si unum corpus solidum sit sub aqua, / corpus cadens —ait Aristoteles, supra—[538] non immediate tanget illud. *S188v*
Et forte ita est, quia aqua est fluens et facile adhaerens corpori. Idem patet ex humiditate corporum existentium sub aqua.

De gustu vero forte est verum non posse percipere obiectum, nisi realiter coniungatur illi, quia sapor non est qualitas activa, et est nimis materialis, et ideo forte non est diffusiva specierum, nisi per materialem contactum; immo etiam requirit quod gustabile confricetur intra locum ubi est gustus, et quod humectetur propria humiditate salivae.

8 4.° colliguntur differentiae istorum sensuum. Gustus enim est qualitas perceptiva saporum, residens in quodam nervo linguae, tamquam in propio organo; tactus vero est qualitas cognoscitiva omnium tangibilium qualitatum, quae fere est dispersa per totum corpus.

Et haec de singulis sensibus externis.

QUAESTIO 15.ª

De numero externorum sensuum in se et in ordine ad subiecta in quibus sunt

1 Postquam dictum est de singulis sensibus exterioribus, dicendum est de sufficientia eorum, ubi infra videndum est, an sint [plures vel] pauciores quam quinque; deinde vero, quot singulis animalibus insint.

---

223 confricatio *S*, impressio (III 27, 8) *L*. 226 113 *L*, 108 *S*. 229 maiorem] mā *S*. 237-8 Idem... aqua *om. L*.
245 differentiae *S*, notiones (III 27, 9) *L*.

---

[535] *De an.* B 11: 423 a 21-24

[536] *De an.* II: o. c., ff. 42 sq.

[537] *De an.* II: o. c., ff. 57ᵛ sqq.

[538] *De an.* B 11: 423 a 25-28

el aire, sino de mayor cohesión, como la piel— para que a través de un cuerpo tal se produzca el roce del objeto duro; este roce es necesario para captar la dureza.

Una dificultad. Parece que el tacto no puede percibir sin un medio. En efecto, afirma Aristóteles, *tx. 113,* que es imposible el contacto inmediato entre dos cuerpos duros. Ahora bien; duro es el cuerpo donde hay tacto; luego su contacto con otro cuerpo duro es imposible sin un medio.—Respuesta: La mayor es falsa. Pues es posible el contacto inmediato de dos cuerpos macizos, y máxime en el aire. Es inmediato el contacto que se establece entre una piedra y la tierra a donde ha caído, sin detenerse en el aire. Véase Cayetano de Tiena, concretamente, *tx. 113;* Apolinar, *q. 31.*

El hecho en el agua es idéntico: pueden dos cuerpos formar entre sí una junta tal que aunque se introduzcan en agua, sin embargo, no penetrará en ellos; con todo, si un cuerpo macizo está debajo del agua, el cuerpo que cae —según palabras de Aristóteles en un texto anterior—, no establece contacto inmediato con él. Y quizá es así, porque el agua, al ser fluida, se adhiere fácilmente al cuerpo. La humedad de los cuerpos existentes bajo el agua patentiza el mismo fenómeno.

Quizá en el gusto se verifique la imposibilidad de percibir el objeto, sin una real conjunción con él, dado que el sabor no es cualidad activa y es excesivamente material. Por ello quizá carece de la función de difundir especies, a no ser a través de un contacto material; es más, se exige el roce de la sustancia sápida en el interior del espacio donde reside el gusto y su humedecimiento por la propia humedad de la saliva.

8 Cuarto. Se desprenden las diferencias entre estos sentidos: El gusto es una cualidad, con función de percibir sabores, que reside en un determinado nervio de la lengua, como en órgano exclusivo, mientras que el tacto es una cualidad con función de captar todas las cualidades táctiles, que está esparcida por casi todo el cuerpo.

Hasta aquí el estudio de cada uno de los sentidos externos.

CUESTIÓN 15.ª

Número de los sentidos externos

1 Tras el estudio de cada uno de los sentidos externos, el tema del número suficiente de los mismos; las líneas siguientes han de mostrar si es mayor o menor de cinco, y a continuación cuál es ese número en cada uno de los animales.

Circa primum sit conclusio: Tantum sunt quinque animalium sensus.

Quae probatur experientia et ratione. Nam quinque sunt sensibilia quae per se primo immutant sensus diverso modo, neque unum eorum potest percipi ab alio sensu a quo percipitur aliud; ergo sunt etiam quinque sensus, his quinque sensibilibus correspondentes.

Antecedens explicatur a D. Thoma, *1 p., q. 78, a. 3:* Quoddam obiectum sensibile est per se immutativum primo sui sensus; ergo diversa ratio immutandi faciet diversitatem in obiecto sensibili. Haec autem immutatio quinque modis variatur, nam quoddam obiectum immutat potentiam pure intentionaliter sine mixtione materialis actionis; et huiusmodi est obiectum visibile.—Aliud vero obiectum immutat intentionaliter, tamen facta materiali immutatione in ipso obiecto; et hoc dupliciter, nam immutatio illa materialis, vel est tantum localis motio —et huiusmodi est obiectum audibile—, vel etiam alteratio —et huiusmodi est obiectum odorabile, quod saepe prius calefit quam immutet olfactum—. Aliud tandem est obiectum intentionaliter / immutans, ta- *S189*
men cum mixtione naturalis mutationis factae in organo sensus; et hoc etiam dupliciter contingit, nam vel materialis immutatio est per [eamdem] qualitatem sensibilem —et huiusmodi sunt qualitates tangibiles—, vel non per eamdem, sed per aliam —et huiusmodi est obiectum gustabile, nam illius immutationi admiscitur humectatio—. Isto ergo modo distinguuntur quinque sensibilia, et consequenter quinque sensus. Ista est deductio D. Thomae; probabilis quidem, quia hic non potest esse evidentior ratio.

2 Solum est advertendum quod licet materialis immutatio quasi per accidens admisceatur intentionali, tamen ex mixtione illius optime colligitur diversitas ipsius immutationis intentionalis, nam illa immutatio [quanto] [magis] est immixta actioni materiali, tanto est imperfectior; quanto vero est purior, tanto est perfectior.—Et hoc argumentum probat optime non esse pauciores sensus quam quinque.

Tamen non esse plures probatur. Nam praeter dictos immutandi modos non reperitur alius.

Item, quia praeter quinque organa istorum sensuum non experimur aliud.

Item, a fine, nam isti quinque sensus sufficiunt animalibus, ut patet experientia, nam his habitis non sentit homo indigentiam alicuius sensus, et quolibet istorum deficiente, statim deficit aliquod ad

---

1 15 sensiili *add.* et ex consequenti diversum sensum postulabit (III 28, 1) *L.* 20 localis motio *S,* latio (Ib.) *L.* 23 189] 187 *S.* 26 eamdem *L, om. S.* 28 immutationi *add.* intentionali (Ib.) *L.* 28 admiscitur *add.* realis (Ib.) *L.*

2 35 quanto [quo *L*] magis *L, om. S.* 38 probatur *add.* a forma (III 28, 2) *L.* 40 Item *add.* a subiecto (Ib.) *L.*

Respecto a la primera parte del tema se establece la tesis: Únicamente son cinco los sentidos de los animales.

Prueba experimental y de razón. Son cinco los aspectos sensibles que primariamente estimulan por sí mismos los sentidos de manera diversa y ninguno de ellos puede percibirse por otro sentido que perciba otro aspecto; luego son también cinco los sentidos, que se corresponden con estos cinco aspectos sensibles.

Santo Tomás aclara el antecedente, *1 p., q. 78, a. 3:* Un objeto sensible posee por sí mismo la función primaria de estimular su sentido; luego la diversidad en el sistema de estimulación determinará la diversidad en el objeto sensible. Ahora bien, hay cinco modos distintos de estimulación: estimulación puramente intencional de la facultad por el objeto, no fusionada con acción material; tal es la del objeto visible. Estimulación intencional por el objeto, pero con modificación material en el propio objeto; y ésta es doble: la modificación material o consiste sólo en un cambio local —y tal es la del objeto audible— o incluso en una alteración —y tal es la del objeto olfacible, que antes de estimular el olfato se caliente previamente—. Existe finalmente la estimulación intencional por el objeto, pero fusionada con una modificación natural practicada en el órgano del sentido; y hay también un doble caso: o la modificación material viene determinada por una misma cualidad sensible —es el caso de las cualidades táctiles—, o no por una misma, sino por otra —y es el del objeto sápido, en el que el humedecimiento viene a fusionarse con su modificación—. Por este procedimiento se consigue la distinción de cinco sensibles y consiguientemente la de cinco sentidos. Tal es la deducción de Santo Tomás; ciertamente probable, porque en este asunto no es posible una explicación más clara.

2 Sólo una advertencia: aunque la fusión de la estimulación material con la intencional no pase de ser accidental, con todo esa fusión es una demostración óptima de la diversidad de la estimulación intencional misma; en efecto, la estimulación intencional es tanto más imperfecta cuanto más fusionada se halle con la acción material y tanto más perfecta cuanto más pura.—Este argumento constituye una prueba óptima de que los sentidos no son menos de cinco.

Prueba de que no son más: al margen de los modos indicados de estimulación, no se encuentra otro.

Además, al margen de los cinco órganos de los mencionados sentidos, no tenemos experiencia de otro.

Asimismo, prueba teleológica: a los animales les bastan estos cinco sentidos, como demuestra la experiencia: en efecto, con la posesión de los cinco el hombre no siente necesidad de sentido alguno, y con la falta de cualquiera de ellos surge inmediatamente la falta de un

complementum animalis; ergo signum est hos sufficere, et esse necessarios. Quam rationem late prosequitur Albertus, hic, *lib. 2, tract. 4, cap. 5.*[539]

Tandem, in homine natura sensitiva est in summo ⌈gradu⌉ perfectionis; ergo habet omnes potentias, quas postulat natura perfecta sensitiva. Et tandem in homine non sunt, nisi isti quinque sensus; ergo neque sunt plures in rerum natura.

3 Tamen circa hanc conclusionem manent duae difficultates desumptae ex Aristotele, hoc *lib. 2.*

Prima ex *cap. 10,*[540] ubi ait quod gustus est quaedam tactus. Et idem dicit, *2 De partibus, cap. 10.*[541] Ergo gustus et tactus sunt unus sensus; ergo tantum sunt quattuor.

Secunda ex *cap. 11,*[542] ubi videtur dicere esse duos sensus tactus; sunt ergo plures quam quinque.

4 Ad primam, Venetus, ibi,[543] ait gustum et tactum esse idem realiter, differre vero connotatione terminorum. Sed omnes expositores tenent esse realiter distinctos: D. Thomas, *lect. 21;*[544] [Albertus], supra, *cap. 27;*[545] *Summa de homine, tract. De gustu, q. 2;*[546] Philoponus, hic, *f. 63, col. 2;*[547] Aegidius, *tx. 101, dub. 2;*[548] et uterque Caietanus.[549] Et aperte ait Aristoteles, *tx. 112;*[550] et *4 De historia, cap. 8;*[551] et hoc *3 De Anima, cap.* ⌊*1*⌋,[552] / dicit esse quinque sensus externos, et illorum S189v
sufficientiam quaerit.

Idem patet ex diversitate obiectorum et ex diverso modo immutandi eorum.

Item, ex diversitate organorum, nam organum tactus est dispersum per totum corpus; organum gustus est certum et determinatum.

Item, ex diversitate actionum.—Sunt ergo sine dubio sensus diversi.

Illa autem propositio: "Gustus est quidam tactus"[553] varie exponitur.

1.° Quia tactus a tangendo dicitur. Unde tactus sic est appellatus, quia medio contactu materiali et physico suum obiectum percipit. Quia ergo gustus etiam materialiter tangit obiectum gustabile,

4 61 Albertus *L, om. S.* 65 1 *L,* 7 *S.* 75-7 Quia... percipit *om. L.* 77 materialiter *add.* et non solum intentionaliter (III 28, 3) *L.*

[539] *De an.*: o. c., t. 5, pp. 299 sq.

[540] *De an.* B 10: 422 a 8

[541] 656 b 37-657 a 1

[542] *De an.* B 11: 422 b 17 sqq.

[543] *De an.* II, comm. 101: o. c., f. 91

[544] *De an.* II, lect. 21, n. 504

[545] *De an.* II, tract. 3: o. c., t. 5, pp. 280 sq.

[546] = q. 32, a. 2: o. c., t. 35, pp. 273 sq.

[547] *De an.* II: o. c., ff. [66ᵛ] sq.

[548] *De an.* II: o. c., f. 47ᵛ, col. 1

[549] Thienensis, *De an.* II, comm. 101: o. c., f. 39, col. 2.—Thomas de Vio, *De an.* II 9, n. 244: o. c. (ed. Coquelle), t. 2, pp. 226 sq.

[550] *De an.* B 11: 423 a 10 sq.

[551] 532 b 32 sq.

[552] 424 b 22 sq.

[553] Arist., *De an.* B 10: 422 a 8

complemento del animal; luego es señal de que los cinco son suficientes y necesarios. Alberto desarrolla ampliamente esta prueba, concretamente, en *lib. 2, tract. 4, cap. 5.*

Finalmente, en el hombre la naturaleza sensitiva alcanza el grado supremo de perfección; luego posee todas las facultades que está pidiendo una naturaleza sensitiva perfecta. Ahora bien; en el hombre no existen, al fin y al cabo, más que estos cinco sentidos; luego tampoco son más en la naturaleza.

3 Con todo, en torno a esta tesis persisten dos dificultades tomadas de Aristóteles, *lib. 2.*

La primera, del *cap. 10,* donde hace la afirmación de que el gusto es un género de tacto. La misma afirmación en *2 De partibus, cap. 10.* Luego gusto y tacto constituyen un solo sentido; luego solamente son cuatro.

La segunda, del *cap. 11,* donde parece decir que hay dos sentidos del tacto; son entonces más de cinco.

4 Consideración de la primera dificultad: Véneto, en el comentario, afirma que gusto y tacto son una misma realidad y difieren en la connotación de los términos. Mas todos los intérpretes sostienen que son realidades distintas: Santo Tomás, *lect. 21;* Alberto, texto anterior, *cap. 27; Summa de homine, tract. De gustu, q. 2;* Filópono, concretamente, *f. 63, col. 2;* Egidio, *tx. 101, dub. 2;* y ambos Cayetanos. Afirmación clara de Aristóteles, *tx. 112;* y *4 De historia, cap. 8;* y concretamente en *3 De Anima, cap. 1* dice que son cinco los sentidos externos e investiga si son suficientes.

La diversidad de objetos y su diverso modo de estimulación muestran evidentemente lo mismo.

Además, lo muestra la diversidad de órganos: el órgano del tacto está esparcido por todo el cuerpo; el órgano del gusto es fijo y determinado.

Asimismo, la diversidad de operaciones.—Son por tanto sin duda sentidos diversos.

Por otro lado, la proposición "El gusto es un género de tacto" admite varias interpretaciones.

Primera. La palabra tacto deriva de tangere (tocar). De ahí que el tacto ha recibido esa denominación, porque percibe su objeto mediante un contacto material y físico. Consiguientemente, como el gusto toca materialmente también su objeto sápido, decimos que es un género de tacto, es decir, porque percibe al tocar.—De ahí la doble acepción

ideo quidam tactus dicitur, id est, quia tangendo sentit.—Unde tactus hic dupliciter videtur sumi: Uno modo, ut stricte significat sensum perceptivum primarum qualitatum; et hoc modo gustus non est tactus.—Alio modo, ut significat sensum [quì] praevio aliquo materiali contactu sentit; et hoc modo est nomen commune; et ita gustus dicitur quidam tactus.—Haec est expositio D. Thomae, et vera.

Alia vero tradi potest, quod sensus est quidam tactus, non formaliter, sed praesupositive, id est, semper supponens tactum. Et haec coincidit cum prima.—Alias vero omitto, quia non sunt ad rem.

Sed contra. Nam organum gustus est etiam organum tactus, ut patet, quia lingua sentit calorem; in uno autem organo unus sensus; ergo sunt unus sensus. Quidam aiunt quod in organo gustus non est sensus tactus, quia organum tactus est terreum, organum vero gustus est humidum et aqueum, teste Galeno, *7 De placitis, cap. <5>;* [554] et *lib. De instrumento olfactus.* [555]

Sed probabilis videtur quod in organo gustus sit sensus tactus, nam experientia docet quod in eadem parte sentitur sapor et calor.

Item, quia omnis pars corporis, quae non est nimium dura, est organum tactus, ut supra; [556] huiusmodi autem nervus est ille in quo residet gustus. Neque est verum tactum ita exigere organum terreum, ut sub alio temperamento non possit conservari, sed dicitur terrestre, quia in illo magis miscetur de qualitatibus terrae quam in alio organo, tamen nihilominus in illo non semper praedominatur terra, sed ad sui perfectionem requirit temperamentum aequale, et esse potest sub temperamento inaequali, licet minus perfectum; unde in membris diversarum complexionum secundum inaequalitatem perfectionis. Unde Galenus, *<5 De simplicium medicamentorum facultate, cap. 4>;* [557] et *1 De temperamentis, cap. <9>,* [558] ait quod in vola manus tactus est perfectissimus, / quod in libris *De generatione* dictum est. Et D. Thomas, in **S190**
4, d. 23, q. 2, a. 3, quaestiuncula 2, [559] ait quod viget maxime "in pulpis digitorum".

Ad argumentum ergo respondetur quod nihil repugnat in eodem organo esse sensum tactus et gustus, nam tactus est quasi sensus universalis, unde in organis aliorum sensuum reperitur.

---

81 qui *L,* quia *S.* 82 et... commune *om. L.* 92 5] 13 *SL.* 103 secundum... perfectionis *S,* quorum alia ad has, alia ad illas qualitates tangibiles declinant. (III 28, 3) *L.* 104 5... 4] 7 [9 *L*] De placitis, cap. 2 *SL.* 105 9] 10 *SL.* 106 190] 188 *S.* 105 vola manus *SPL,* sola manu (!) *V.* 105-6 perfectissimus *add.* quod videlicet in ea parte corporis prae aliis ad mediocritatem redacta sit mixtura qualitatum (Ib.) *L.* 105 quod... est *om. L.*

---

[554] O. c., 1.ª Cl., f. 271 B
[555] c. 2: o. c., 1.ª Cl., f. 110ᵛ E
[556] d. 7, q. 14, n. 2
[557] O. c., 5.ª Cl., f. 32ᵛ E
[558] O. c., 1.ª Cl., f. 14ᵛ G
[559] ad 2

que en este contexto parece tener tacto: una, en la que significa estrictamente sentido que percibe las cualidades primarias; y otra, en la que significa sentido que percibe mediante algún contacto material previo; y en esta acepción es un nombre genérico; y en esa acepción decimos que es un género de tacto.—Esta es la interpretación de Santo Tomás, y la exacta.

Otra interpretación posible: El sentido es un género de tacto, no en la línea de la esencia, sino de la suposición previa, es decir, que siempre supone el tacto. Viene a coincidir con la primera.—Omito otras, menos pertinentes.

Una dificultad: El órgano del gusto es también órgano del tacto, como es claro, porque la lengua siente el calor. Ahora bien, en un solo órgano, un solo sentido. Luego son un solo sentido. Para algunos autores, en el órgano del gusto no hay sentido del tacto, por ser térreo el órgano del tacto, mientras el órgano del gusto es húmedo y acuoso, según el testimonio de Galeno, *7 De placitis, cap. 5;* y *lib. De instrumento alfactus.*

Pero es más probable, al parecer, que en el órgano del gusto haya sentido del tacto, toda vez que es un dato de experiencia que en la misma zona hay sensación de sabor y calor.

Además, toda parte del cuerpo que no posea exceso de dureza, es órgano del tacto, según explicación anterior; y el nervio en que reside el gusto posee esta característica. Ni es cierto que el tacto exija un órgano térreo hasta el extremo de que la conservación del tacto se haga imposible con una combinación distinta (de elementos). Se le dice térreo, porque en él hay mayor mezcla de cualidades de tierra que en otro órgano, aunque no por ello se da siempre un predominio de tierra; antes bien, para su perfección exige una combinación uniforme, y puede existir con una combinación no uniforme, si bien en menor grado de perfección. Por eso Galeno, *5 De simplicium medicamentorum facultate, cap. 4,* y *1 De temperamentis, cap. 9,* hace la afirmación de que en la palma de la mano existe un tacto perfectísimo, afirmación que se ha hecho en los libros *De generatione.* Y Santo Tomás afirma en *4, d. 23, q. 2, a. 3, quaestiuncula 2* que posee su mayor eficacia "en las yemas de los dedos".

Respuesta al argumento: no hay incompatibilidad alguna en que el sentido del tacto y del gusto residen en el mismo órgano, por ser el tacto una especie de sentido universal, que se encuentra por ello en los órganos de los demás sentidos.

5 C i r c a s e c u n d a m d i f f i c u l t a t e m est varietas opinionum.

Q u i d a m aiunt esse duos sensus tactus specie distinctos. Hoc tenet Avicenna, *6 Naturalium, p. 2, cap. De tactu;* [560] Themistius, hic, *cap. 39;* [561] Averroes, *tx. 108;* [562] Albertus, *cap. 30 Summa de homine, tract. De tactu, q. 2;* [563] D. Thomas, hic, *lect. 22;* [564] Aegidius, *tx. 108;* [565] Apollinaris, *q. 30;* [566] Valles, *2 Controversiarum.* [567]

R a t i o istorum [est], quia ⌊unus⌋ sensus [unius] est contrarietatis primae; sed in tangibilibus qualitatibus dantur duae qualitates primae contrariae; ergo duo sensus tactus.

Sed c o n t r a r i a sententia est verior, quam hic D. Thomas, *1 p., q. 78, a. 3, ad 3,* [tenet], ubi ait sensum tactus esse unicum in specie. Idem Philoponus, *f. 69, col. 2;* [568] Simplicius, *tx. 108;* [569] Alexander, *Paraphrasi De Anima, cap. De <tactu>;* [570] Venetus, *tx. 108;* [571] Magnesius, *De sensu particulari, cap. 22;* [572] Fernelius, *5 Physiologiae, cap. 7.* [573]

Et c o l l i g i t u r ex Aristotele, *lib. 3, cap. 1,* [574] ubi ait tantum esse quinque sensus, et intelliguntur secundum speciem ultimam, alias nihil diceret.

C o l l i g i t u r etiam ex *2 De partibus, cap. 1,* [575] ubi ait idem esse sensorium quo percipimus omnes contrarietates tangibiles; et subdit [576] quod unius sensorii unus est sensus —intellige adaequati—. Idem ait, hic, *tx. 122.* [577]

Potissima r a t i o huius opinionis est. Nam ista distinctio non est necessaria, nam omnes qualitates primae tangibiles habent eumdem modum immutandi sensum, et organum huius sensus est unum et idem requirens temperamentum; ergo superfluum est fingere distinctionem.

---

5 116 tract.] *add.* 2 [!] *S.* 118 est *L, om. S.* 118 unus *L,* unius *S.* 118 unius *L, om. S.* 120 tactus *add.* Juxta quos auctores consequenter dicendum esset divisionem vulgatam sensus externi in quinque sensus, non esse generis in species infimas, sed in subalternas, ita ut tactus, v. g., subdividatur adhuc in duas species, etc., praesertim cum non desint qui humanis sensibus ob coniunctionem cum gradu rationali diversitatem specificam a sensibus belluarum tribuant, ut lib. sequenti, cap. 1, n. 7, attingemus. (III 28, 4) *L.* 122 tenet *L, om. S.* 124 tactu] con-

---

[560] c. 3: o. c., f. 8, col. 2

[561] *De an.* II: o. c., p. 281

[562] *De an.* II: o. c., ff. lxxij^{v} sq.; o. c. (ed. Crawford), 298, 64-74

[563] = q. 33, a. 2: o. c., t. 35, pp. 283-287

[564] *De an.* II, lect. 22, nn. 519, 524

[565] *De an.* II: o. c., f. 49

[566] *De an.* II: o. c., ff. 55^{v} sqq.

[567] c. 25: o. c., f. 37, col. 2 (*Sic Valles*: "Itaque sensus externi plures sunt quam quinque ratione rerum illis subjectarum: sed quinque tantum sunt sensuum instrumenta et quinque instrumentorum temperies". *Cfr.* D. Thomas, *De an.* II, lect. 22, n. 524: "Unde formaliter loquendo, et secundum rationem, sensus tactus non est unus sensus, sed plures; subjecto autem est unus"

[568] *De an.* II: o. c., f. [69], col. 2

[569] *De an.* II: o. c., ff. LXXII sq.

[570] c. [17]: o. c., p. 98

[571] *De an.* II: o. c., ff. 94^{v}-96^{v}

[572] ?

[573] O. c., p. 97, 54 sq.

[574] *De an.* Γ 1: 424 b 22 sq.

[575] 647 a 16-19

[576] *Ib.* 647 a 6 sqq.

[577] *De an.* B 12: 424 a 24 sqq.

5 Consideración de la segunda dificultad: hay diversidad de opiniones.

Para algunos hay dos sentidos del tacto específicamente distintos. La sostiene Avicena, *6 Naturalium p. 2, cap. De tactu;* Temistio, concretamente, *cap. 39;* Averroes, *tx. 108;* Alberto, *cap. 30 Summa de homine, tract. De tactu, q. 2;* Santo Tomás, concretamente, *lect. 22;* Egidio, *tx. 108;* Apolinar, *q. 30;* Valles, *2 Controversiarum.*

Su razonamiento es el siguiente: un solo sentido se caracteriza por una sola oposición primaria. Ahora bien. En las cualidades táctiles se dan varias oposiciones primarias. Luego son dos los sentidos del tacto.

Contiene, empero, más verdad la teoría opuesta, que Santo Tomás mantiene concretamente en *1 p., q. 78, a. 3, ad 3,* donde afirma que el sentido del tacto es específicamente único. La misma Filópono, en *f. 69, col. 2;* Simplicio, en *tx. 108;* Alejandro, en *Paraphrasi de Anima, cap. De tactu;* Véneto, *tx. 108;* Magnesio, en *De sensu particulari, cap. 22;* Fernelio, en *Physiologiae, cap. 7.*

Y se desprende del texto, *lib. 3, cap. 1,* de Aristóteles, donde afirma que sólo existen cinco sentidos —y se entienden según su especie última— de lo contrario no diría nada.

Se desprende también de *2 De partibus, cap. 1,* donde afirma que el órgano con que percibimos todas las oposiciones táctiles es el mismo; y añade que donde el órgano es uno solo —entiéndase adecuado— es uno solo el sentido. La misma afirmación concreta en *tx. 122.*

La razón fundamental de esta opinión es la siguiente: Esa diferenciación no es necesaria, porque todas las cualidades primarias táctiles poseen el mismo modo de estimular el sentido, y el órgano de este sentido es de los que exigen una sola e idéntica combinación; luego está de más imaginar una diferenciación.

Neque argumentum urget, quia non est cur [unus] sensus tantum sit unius contrarietatis. Visus enim percipit unam contrarietatem, nempe albedinem et nigredinem, et praeterea lucem; olfactus etiam percipit innumeros odores, in quibus forte non est una contrarietas, sed plures. Nos enim odorem [bonum] a malo distinguimus ut contraria, tamen non omnes [odores] boni et mali habent eamdem rationem bonitatis et malitiae, sed forte diversam; et in hac diversitate reperiuntur multae contrarietates. Quo etiam modo qualitates tangibiles possunt reduci ad unam contrarietatem primam, sub qua ratione possunt dari multae contrarietates secundae, sic etiam in saporibus forte sunt multae contrarietates, quarum una ad aliam non reducitur, quamvis probabilius sit dulce et amarum esse sapores extremos.

A d s e c u n d u m a r g u m e n t u m dicitur quod illae quattuor qualitates primae conveniunt / in uno genere communi, et illud *S190v* est adaequatum obiectum tactus, continens sub se duas secundas contrarietates; quod nihil refert ad unitatem obiecti sensibilis, quia in omnibus illis speciebus est eadem ratio sensibilis. Ita D. Thomas, supra,[578] et *q. De Anima, a. 13, ad 17;* et *opusc. 43, cap. 3.*[579] Aliae vero qualitates tangibiles, quae numerantur —*2 De generatione*— ad has primas reducuntur ab Aristotele, ibidem;[580] unde per illas sentiuntur, et forte non sentiuntur per proprias species, sed ad modum sensibilium communium. Ad Aristotelem ergo illo *cap. 11,*[581] respondetur quod tantum loquitur dubitative et disputando. Verum est quod ille est modus quo ipse solet proferre suam sententiam, et forte illud censuit probabilius esse; sed non est.—Et haec de primo.

6 In s e c u n d a p a r t e huius quaestionis dicendum est de numero sensuum singulorum animalium.

In quo dico, 1.°, nullum esse animal quod non habeat sensum tactus. Saepe repetit Aristoteles in his libris *De Anima;*[582] et idem sentiunt omnes cum illo.

---

tactu *SL.* 138 unus *L,* unius *S.* 139 Visus enim *S,* licet enim visus (III 28, 5) *L.* 140 et... lucem *om. L.* 140 olfactus etiam *S,* at sensus olfactus (Ib.) *L.* 142 enim *add.* solum (III 28, 5) *L.* 142 bonum *L, om. S.* 143 odores *L,* odori *S.* 144 malitiae *add.* ut ipso etiam sensu notum est (Ib.) *L.* 144 sed... diversam *om. L.* 146 primam *add.* quasi genericam, scilicet qualitatem nocivam et proficuam (Ib). *L.* 147 secundae *S,* primae (!) (Ib), *add.* quasi specificae, nimirum calidum et frigidum, humidum et siccum (Ib.) *L.* 148 reducitur *add.* sub una generica (Ib.) *L.* 152 secundas *S,* primas (Ib.) *L.* 153 referat *S,* obest *L.* 162 Et... primo *om. L.*

---

[582] *Cfr. De an.* B 2: 413 b 4 sq.; B 2: 414 b 3; Γ 12: 434 b 10-14; 434 b 23 sq.

[578] *Cfr. supra, lin.* 121 sq.

[579] in ed. Romana

[580] 734 b 31 sqq.

[581] *Cfr. supra not.* 542

Tampoco el argumento es apremiante, pues no tiene por qué un solo sentido caracterizarse únicamente por una sola oposición. En efecto la vista percibe una oposición, concretamente, lo blanco y lo negro, y además la luz; el olfato también percibe olores sin cuento, en los que quizá se halle no una sola oposición, sino varias. En efecto, nosotros distinguimos, como opuestos, el olor bueno del malo, sin embargo, no todos los olores buenos y malos lo son con arreglo a un mismo tipo esencial, sino quizá diverso, de olor bueno y malo, y en esa diversidad se encuentran muchas oposiciones. Así como las cualidades táctiles son reducibles también a una sola oposición primaria —y bajo ese tipo pueden cobijarse muchas oposiciones secundarias—, así también en los sabores hay quizá muchas oposiciones, de las que una no se reduce a otra, si bien sea lo más probable que lo dulce y lo amargo se hallen en los extremos de los sabores.

Respuesta al segundo argumento: Aquellas cuatro cualidades primarias convienen en un solo género común, que se constituye en objeto adecuado del tacto, comprendiendo en sí dos oposiciones secundarias; lo cual no afecta para nada a la unidad del objeto sensible, porque el tipo de sensibilidad en todas aquellas especies es el mismo. En este sentido Santo Tomás, en un texto anterior, y en *q. De Anima, a. 13, ad 17;* y *opusc. 43, cap. 3*. Las demás cualidades táctiles, que se enumeran —*2 De generatione*—, Aristóteles las reduce en el mismo pasaje a estas primarias; por tanto a través de ellas se perciben, y quizá no se perciben a través de sus propias especies, sino a la manera de los sensibles comunes. La respuesta al texto de Aristóteles, *cap. 11,* es por tanto ésta: sus palabras sólo tienen un sentido problemático y polémico. Es cierto que ése justamente es el modo como acostumbra él mismo a enunciar su propia teoría; y quizá estimó su afirmación como más probable; pero no lo es.—Y hasta aquí la primera parte del tema.

6 La segunda parte del tema investiga el número de sentidos de cada uno de los animales.

Primera afirmación: No hay animal alguno que no posea sentido del tacto. Afirmación hartas veces reiterada por Aristóteles en estos libros *De Anima;* y es teoría general.

Est enim hic sensus quasi fundamentum omnium aliorum, quia est maxime necessarius ad conservationem vitae; est etiam imperfectissimus; quae vero imperfectiora sunt, sunt communiora.

Item, quia organum illius consistit in quadam mixtione primarum qualitatum dispersa per totum corpus animalis; quae mixtio facile reperitur in omni animali.

7 De gustu vero res est dubia. Quidam aiunt etiam esse commune omnibus animalibus. Ita Venetus, *Summa de anima, cap. 34;*[583] Apollinaris, *lib. 2, tx. 29,*[584] qui distinguunt duplicem gustum: alium perfectum, qui in determinato organo residet, et discernit differentiam saporum —et hic non est communis—; alium imperfectum, qui deservit sumptioni alimenti, et discernit conveniens alimentum et disconveniens —et hunc aiunt esse communem et esse tam necessarium ad conservationem animalis, sicut tactus, nam animal potest laedi ab incongruenti cibo; et ideo necessarius est gustus.

Item, quia animal nobiliori modo percipit cibum quam ipsum vivens insensibile; hic autem modus est quod cum delectatione alimentum accipiat, et cum discretione convenientis a disconvenienti, quod est munus gustus. Et huic opinioni consonat Aristoteles, *2 De partibus, cap. 17,*[585] ubi ait quod "omnia, tam sanguinea, quam [exsanguia], habent eam partem qua sapores sentiri possunt". Idem dicit infra, *cap. penultimo, tx. 64.*[586]—Et haec sententia est probabilis, tamen oppositum videtur probabilius.

8 Unde dico 2.°: Quaedam animalia sunt quae tantum habent sensum tactus.

Hoc tenet Aristoteles, *De sensu et sensibili, / cap. <1>,*[587] ubi S191
ait: "Tactum autem et gustum omnia habent", nisi quod est animalium imperfectiorum. Clarius, infra, *cap. ultimo, De tactu,*[588] sic ait: "Neque si animal est, alium sensum praeter hunc habere necesse est." Et *lib. 2, tx. 17,*[589] [ait] sensum tactus a reliquis omnibus posse separari. Et *tx. 23,*[590] inquit quaedam animalia habere omnes sensus, quaedam aliquos, quaedam unum tantum. Tenet hoc Commentator, *lib. 2, tx. 31;*[591]

---

6 169 vitae *add.* vegetativae (III 28, 6) *L.*

7 182 cibo *add.* quae fuit ratio concedendi tactum omnibus (Ib.) *L.* 187 exanguia *L,* exanguinea *S.*

8 193 1] 2 *SL.* 193 191] 189 *S.* 197 ait *L, om. S.*

---

[583] *Summa phil. nat.*, p. 5: o. c., f. LXXXI^{v}, col. 2

[584] O. c., f. 21^{v}, col. 2

[585] 660 b 11 sq.

[586] *De an.* Γ 11: 434 b 11-15

[587] 436 b 12 sq.

[588] 435 b 7 sq.

[589] *De an.* B 2: 413 b 5 sqq.

[590] *Ib.*: 414 a 2 sqq.

[591] *De an.* II: o. c., f. xliiij; o. c. (ed. Crawford), pp. 176, 39-177, 59

En efecto, este sentido es como el fundamento de todos los demás, por ser el más necesario para la conservación de la vida; también es muy imperfecto; y lo que es más imperfecto está más generalizado.

Además, su órgano consiste en una cierta mezcla de cualidades primarias esparcida por todo el cuerpo del animal; esta mezcla se encuentra fácilmente en todo animal.

7 En lo tocante al gusto hay problema. Para unos está también generalizado en todos los animales. En este sentido Véneto, *Summa de anima, cap. 34;* Apolinar, *lib. 2, tx. 29,* quienes diferencian un doble gusto: uno perfecto, que reside en un órgano determinado y distingue las diferencias de sabores —y éste tal no se halla generalizado—; otro imperfecto, que coopera a la toma del alimento, y discierne el alimento conveniente del inconveniente —y de éste afirman que está generalizado y que es tan necesario como el tacto para la conservación del animal, dado que el animal puede recibir daño de una comida inadecuada; y por lo mismo el gusto es necesario.

Además, el animal tiene un modo más noble de percibir la comida que el mero viviente no sensitivo; este modo consiste en tomar el alimento con placer y con discernimiento de lo conveniente e inconveniente, que es la función del gusto. Y con esta opinión está de acuerdo Aristóteles, en *2 De partibus, cap. 17,* donde afirma "que todos los animales, tanto los de sangre como los sin sangre, poseen aquella zona donde se produce la sensación gustativa". La misma afirmación en un texto posterior, *cap. penultimo, tx. 64.* Y es probable esta teoría; sin embargo parece más probable la opuesta.

8 Consiguientemente, segunda afirmación: Hay ciertos animales que sólo poseen sentido del tacto.

La sostiene Aristóteles, en *De sensu et sensibili, cap. 1,* donde afirma: "Todos poseen tacto y gusto", menos alguno de los animales imperfectos. Más claramente en un texto posterior, *cap. ultimo, De tactu,* dice así: "Y si es animal, no necesita tener otro sentido que éste". Y en *lib. 2, tx. 17,* asegura que el sentido del tacto puede apartarse de todos los restantes. Y en *tx. 23,* constata que unos animales poseen todos los sentidos, otros poseen algunos, otros solamente uno. Esta es la postura

D. Thomas [592] et Aegidius, *lib. 3, cap. ultimo;* [593] Caietanus; [594] Thienensis, *lib. 2, tx. 31.* [595]

Et ratio est, quia sunt quaedam animalia imperfecta quae non nutriuntur sapidis, sed calidis et humidis, etc.; et ita per tactum delectationes ciborum sumunt, et discernunt inter conveniens et disconveniens, nec est cur alius sensus illis tribuatur.

9 Dico 3.°: Omnia animalia perfecta habent quinque sensus, uno vel alio excepto.

Hanc conclusionem prosequitur late Aristoteles, *4 De historia, cap. 8,* [596] ubi animalia perfecta esse —inquit— illa quae terrestria sunt et sanguinea, et vim habent generandi simile, et gressibilia sunt. Idem *3 De Anima, cap. 12.* [597] Haec autem omnia habent quinque sensus, ut experientia patet. Excipit vero Aristoteles talpam, <quam> ait carere sensu visus. Idem habet *1 De historia, cap. 9,* [598] quem Themistius, [599] Averroes, [600] D. Thomas [601] prosequuntur hic. Tamen inquit Aristoteles, supra, [602] quod habet sub cute totam organisationem requisitam ad oculum, tamen impeditur ne videat ab illa cute, [quae] corpulenta est et impedit introductionem specierum. Idem Galenus, *14 De usu partium, cap. 6.* [603]

Et ratio a fine desumi potest, quia talpa ex visceribus terrae eruit alimentum, et ideo inutiles essent illi oculi in tam denso elemento; facile etiam exsiccarentur a terra.

Nihilominus Simplicius [604] et Philoponus, [605] hic, dicunt quod habet potentiam visivam. Idem Albertus, *22 De animalibus, cap. ultimo.* [606] Et probat, nam habet oculos; non ergo illi frustra dati sunt. Et Albertus [607] adducit alias experientias. Et sane illa duo, quae Aristoteles [608] dicit, nempe quod talpa nihil videt, et quod habet organum visus, non inter se consonant. Ut quid —inquit— natura daret organum ordinatum ad videndum, et postea impediret et privaret illum omni actu? Natura enim nihil facit frustra; quare si sensorium habet, certe aliqualem

---

9 206-7 uno... excepto *om. L.* 210 et sanguinea... sunt *om. L.* 210 gressibilia] gresilia *S.* 211-2 ut... patet *om. L.* 212 quam] qui *S.* 229-30 quare... visum

---

[592] *De an.* II, lect. 4, n. 270; *Ib.*, lect. 5, nn. 288 sq.

[593] *De an.* III, comm. 68: o. c., f. 82v, col. 2

[594] *De an.* II, c. 12 (conclusio): o. c., t. 2, p. 268

[595] *De an.* II: o. c., f. 21

[596] 532 b 33-533 a 2

[597] 434 b 8-26

[598] 491 b 28; *Cfr.* 533 a 3

[599] *De an.* III, c. 1: o. c., p. 285

[600] *De an.* II, comm. 131: o. c., f. lxxxv; o. c. (ed. Crawford), 330, 11-19

[601] *De an.* II, lect. 4, n. 270; *Ib.*, III, lect. 1, n. 573

[602] *De an.* Γ 1: 425 a 10 sq.; *De hist. an.* A 9: 491 b 28-34

[603] O. c., 1.a Cl., f. 205v G; *Cfr. De sem.* II 5: o. c., 1.a Cl., f. 339v G

[604] *De an.* III 131: o. c., f. LXXXIIv

[605] *De an.* II: o. c., f. [42v], col. 2

[606] tract. 2, n. 99: o. c., t. 12, p. 428 (*Hic dicit Alb.* talpam caecum animal esse); *Cfr. De an.* II, tract. 4, a 4 (comm. 131): o. c., t. 5, pp. 298 sqq.; *Cfr. infra not.* 607

[607] *De animal.* IV, tract. 2, c. 1: o. c., t. 11, p. 287; *Ib.* I, tract. 2, c. 3: o. c., t. 11, pp. 36 sqq.: "... natura dedit ei [talpae] in loco oculorum pellem tenuem planam, depilatam, ad quam facta tenui luminis reflexione, sensum accipiat, quando est sub terra, et quando non est sub ipsa"

[608] *Cfr. supra not.* 598. 602

del Comentador, *lib. 2, tx. 31;* de Santo Tomás y Egidio, *lib. 3, cap. ultimo;* de Cayetano; del Tienense, *lib. 2, tx. 31.*

Y la razón es la siguiente: hay algunos animales imperfectos que no se nutren de alimentos sápidos, sino calientes y húmedos, etc.; y en esas circunstancias reciben los placeres de los cebos y disciernen lo conveniente y lo inconveniente por el tacto, ni hay por qué asignarles otro sentido.

9 Tercera afirmación: Todos los animales perfectos poseen cinco sentidos, con la excepción de alguno que otro.

Una amplia descripción de esta tesis en Aristóteles, *4 De historia, cap. 8,* donde expone que animales perfectos son los terrestres, y con sangre, con potencia para generar un semejante, y que pueden marchar. En el mismo sentido en *3 De Anima, cap. 12.* Todos ellos poseen cinco sentidos, según una evidencia experimental. Pero Aristóteles exceptúa al topo, que carece, según sus palabras, del sentido de la vista. La misma afirmación en *1 De historia, cap. 9,* y en este punto le siguen Temistio, Averroes, Santo Tomás. Sin embargo constata Aristóteles, en un texto anterior, que posee bajo la piel toda la organización exigida por el ojo y que, sin embargo, le impide la visión la piel, que por ser gruesa obstaculiza la penetración de las especies. En el mismo sentido Galeno, *14 De usu partium, cap. 6.*

Y la razón puede ser de tipo teleológico: el topo arranca el alimento de las entrañas de la tierra, y por lo mismo le serían inútiles los ojos en elemento tan compacto; además sería fácil que la tierra los secara.

Con todo, Simplicio y Filópono dicen al respecto que posee facultad visual. Lo mismo Alberto, *22 De animalibus, cap. ultimo.* Y lo prueba por los ojos que tiene; que no le han sido dados gratuitamente. Y Alberto aduce otras experiencias. Y sin duda las dos afirmaciones que hace Aristóteles, a saber, que el topo no ve nada y que posee órgano de la vista, no están en armonía. ¿Para qué —son sus palabras— iba la naturaleza a conceder un órgano destinado a la visión y posteriormente impedir y privar al topo de todo acto? La naturaleza no obra gratuitamente; por tanto si posee órgano, cierto que posee algún grado de visión.

habet visum. Unde Albertus ait [609] se expertum esse quod quando extra cavernas, quibus reconduntur, exeunt, quaeritant alimentum sicuti ea quae vident.

10 Dico 4.°: Inter animalia imperfecta quaedam habent etiam omnes quinque sensus, alia vero aliquo carent, ut apes, quae omnes habent praeter auditum, ut ait Aristoteles, *1 Metaphysicae, cap. 1.* [610] Et supra,
dictis locis *De historia,* [611] / late probat hos quinque sensus [in] ⌊piscibus⌋ *S191v*
et in quibusdam imperfectis [animalibus], ut in formicis, etc. [reperiri].

Solum est a d v e r t e n d u m quod, praeter tactum, omnes sunt ad melius esse, et ideo possunt plura vel pauciora participari iuxta diversitatem perfectionis.

N o t a n d u m etiam est quod animalia, quae non tantum alimento coniuncto utuntur, sed etiam quaerunt distans, debent necessario habere auditum, vel visum, vel olfactum, nam istis percipitur distans sensibile; unde omnia animalia, quae habent potentiam motivam, habent aliquem istorum sensuum; et e contrario, omnia, quae habent aliquem sensum istorum, possunt moveri ad distans, nam ex sensu sequitur appetitus, et ex appetitu motus.—Sed de his satis.

QUAESTIO 16.ª

De comparatione sensuum absolute et in ordine ad subiecta in quibus sunt

1 T r i a in hac quaestione, quae ultima est, sunt videnda. P r i m u m, de absoluta comparatione istorum sensuum inter se. S e c u n d u m, de comparatione sensuum eiusdem speciei in diversis animalibus. T e r t i u m, de comparatione sensuum prout sunt in homine.

2 C i r c a p r i m u m s i t c o n c l u s i o: Perfectissimus sensus est visus; deinde auditus; post illum olfactus; postea gustus; et ultimum locum habet tactus.

Probantur singula.

[Primo de v i s u, qui nobilissimum obiectum sortitus est. Lux enim est nobilissima qualitas inter sensibiles].

---

om. L. 231 quibus reconduntur *om. L.*

10 236 in piscibus *L,* pisces *S.* 237 animalibus *L, om. S.* 237 reperiri *L, om. S.* 242 utuntur *add.* sicut vegetabilia (III 28, 9) *L.* 247 Sed... satis *om. L.*

2 comparatione *add.* quinque (III 29, tít.) *L.* 2 sensuum *add.* inter se (Ib.) *L.* 2 absolute *om. L.*

2 10 *add. in margine a. m.:* Ita Fonseca, *1 Metaphysicae, c. 1, q. 3, sect. 1* et *2* [o. c., t. 1, col. 82 sqq.] *S.* 12-3 Primo... sensibilies *L, om. S.*

---

[609] *Cfr. supra not.* 607

[610] 980 b 23 sq.

[611] *Cfr. supra not.* 234. 246. 281. 494. 500. 551; De formicis, *Cfr. De sensu,* c. 5: 444 b 8-12

De ahí que Alberto constate su propia experiencia de que al salir fuera de las galerías, donde se esconden, andan buscando alimento como los que ven.

10 *Cuarta afirmación:* Entre los animales imperfectos los hay que poseen también los cinco sentidos, otros en cambio carecen de alguno, como las abejas que poseen todos menos el oído, según Aristóteles, en *1 Metaphysicae, cap. 1.* Y los textos anteriores de los pasajes citados de *De historia* contienen amplia prueba de que estos cinco sentidos se encuentran en los peces y en ciertos animales imperfectos como las hormigas, etc.

Sólo una advertencia: menos el tacto, todos miran a un grado ulterior de perfeccionamiento, y por lo mismo es posible una participación mayor o menor según la diversidad de perfección.

También una observación: los animales que no sólo consumen alimento próximo, sino que van en busca del distante, han de poseer necesariamente oído o vista u olfato, porque a cargo de éstos corre la perfección del objeto sensible distante; de ahí que todos los animales que poseen facultad locomotriz, poseen alguno de estos sentidos; y al contrario, todos los que poseen alguno de estos sentidos, tienen la posibilidad de moverse a distancia, porque el apetito es un resultado del sentido y el movimiento lo es del apetito.—El tema ha quedado suficientemente tratado.

CUESTIÓN 16.ª

Comparación de los sentidos en un orden absoluto y en relación con los sujetos en que residen

1 Tres son los temas por examinar en esta cuestión, que es la última, Primero: Comparación absoluta de los sentidos entre sí. Segundo: Comparación de los sentidos de la misma especie en los diversos animales. Tercero: Comparación de los sentidos en cuanto existentes en el hombre.

2 Tesis sobre el primero: El sentido más perfecto es la vista; después el oído; a continuación el olfato; posteriormente el gusto; y el tacto ocupa el último puesto.

Prueba de cada uno de los extremos.

El más perfecto, la vista, por corresponderle en suerte el objeto más noble. La luz, en efecto, es la cualidad más noble entre las sensibles.

Item, nobilissimo modo ab ipso obiecto immutatur, ut ex dictis [612] patet.

Item, ⌊actu suo⌋ ad maiorem distantiam attingit quam alii sensus, idque in instanti, quod non alii sensus.

Item, si comparetur ad sensibilia communia, nullus est sensus qui tanta et tam perfecte illa cognoscat, sicut visus. Et similiter si comparetur ad sensibilia per accidens, nam se extendit ad caelos, ad motum, ad magnitudinem et figuram eorum, quae nullus alius sensus cognoscit.

Tandem, organum huius sensus est perfectissimum, ut patet ex miro illius artificio; unde facillime laeditur, quia temperatissimum est. Ista ergo omnia declarant perfectionem huius sensus.

Quod auditus excedat alios probatur ex obiecto, a quo immaterialius immutatur.

Item, ex delectatione quam iste sensus capit in <perceptione> obiecti congruentis. Est enim delectatio quaedam, quodammodo spiritualis.

Patet etiam ex organo, quod subtilius est, nempe aereum.

Odoratus habet tertium locum, nam superat alios duos in
modo quo immutatur. Minus enim habet de ⌊materialitate⌋. / Qualitas *S192*
etiam a qua immutatur perfectior est aliis.

Et eisdem rationibus gustus superat tactum.

3 Sed argues.

⌈1.°⌉ Nam nobilius organum habet auditus quam visus, cum illud sit aereum, hoc [vero] aqueum; ergo.—Respondetur: Propterea dixit Plato [613] organum visus esse igneum; quod est probabile; tamen dicitur quod in mixtis non semper illud, in quo praedominatur melius elementum, est perfectius, sed potius illud, in quo est perfectior mixtio et magis temperata. Et hac ratione organum visus superat organum auditus.

Sed arguitur 2.° Nam obiectum auditus videtur esse imperfectissimum, nam sonus est quaedam qualitas facile transiens, et ideo videtur imperfectior aliis qualitatibus sensibilibus; ergo et ipse sensus est imperfectissimus.—Respondetur in esse qualitatis sonum esse imperfectiorem, tamen in esse sensibilis esse perfectiorem aliis tribus, quia meliori modo immutat; et ideo potentia ipsa est simpliciter per-

---

16 actu suo (III 29, 1) *L*, actum suum *S*. 28-9 perceptione] perfectio^e [= perfectione] *S*. 33 materialitate *L*, immaterialitate *S*. 33 192] 190 *S*.

3 38 aereum *add.* q3 [= quam] *S*. 38 vero *L*, *om. S*. 42 et... temperata *om. L*. 49 meliori *S*, immaterialiori (III 29, 2) *L*. 49 immutat *add.* ut dictum est (Ib.) *L*.

---

[612] d. 7, q. 15, n. 1

[613] *Cfr. Tim.* 45 bc; 67

cd

Además, el modo de su estimulación por el objeto es precisamente el más noble, como resulta evidente de las investigaciones anteriores.

Asimismo, con su acto alcanza una distancia mayor que los demás sentidos.

Además, si se coteja su conocimiento de los sensibles comunes, no hay ningún sentido que los conozca en tanta cantidad y perfección, como la vista. Y es semejante el caso, si se coteja el de los sensibles por accidente, pues se extiende a los cielos, al movimiento, al tamaño y figura de aquellos cuerpos que ningún otro sentido conoce.

Finalmente, es extraordinaria la perfección del órgano de este sentido, como lo manifiesta el primor asombroso de su estructura; de ahí la gran facilidad de lesión, debida a la suma delicadeza de su composición.

La prueba de que el oído aventaja a los demás está en su estimulación inmaterial por el objeto.

Además, en el placer que recibe este sentido con la percepción de un objeto armonioso. Es, en efecto, un placer de alguna manera espiritual.

Otra evidente está en el órgano, de materia más fina, concretamente, aérea.

El olfato ocupa el tercer puesto: supera a los otros dos en el modo de su estimulación. En efecto, posee menor materialidad. Además, es más perfecta que las otras la cualidad que lo estimula.

El gusto supera al tacto por las mismas razones.

3 Objeciones:

Primera. El órgano del oído es más noble que el de la vista, por ser aéreo el primero y el segundo, en cambio, acuoso; por tanto.—Respuesta: Por ello precisamente habló Platón de que el órgano de la vista era ígneo; opinión probable; sin embargo, se dice que en los mixtos no siempre es más perfecto aquél en que predomina el elemento entitativamente más valioso, sino preferentemente aquél en que la mezcla es más perfecta y equilibrada. Y por esta razón el órgano de la vista supera al órgano del oído.

Segunda. Al parecer, el objeto del oído es el más imperfecto, por constituir el sonido una cualidad con facilidad de transición, y por tanto más imperfecta que las otras cualidades sensibles; luego el propio sentido es también más imperfecto.—Respuesta: el sonido es más imperfecto como entidad cualitativa, sin embargo, es más perfecto que los otros tres como entidad sensible, por su modo más eminente de estimulación; y por lo mismo la facultad es también absolutamente más per-

fectior. Quae perfectio etiam colligitur ex modo quo talis potentia attingit ipsum obiectum, quia est perfectior quam in aliis sensibus.—Et haec de primo.

4 Secundo loco facienda est comparatio inter sensus hominis et aliorum animalium, nam velle comparare singulos sensus omnium animalium esset in infinitum procedere.

Sit ergo secunda conclusio: In omnibus sensibus exterioribus superat homo alia animalia simpliciter et absolute, quamvis secundum quid superetur in aliquibus sensibus.

Probatur discurrendo per singulos sensus. Nam imprimis homo habet perfectissimum tactum simpliciter et quantum ad omnes conditiones, ut Aristoteles, hic, docet, *cap. <9>.*[614] Et experientia constat. Et ratio est tacta a nobis in libris *De generatione, d. 5, q. 3,* quia tactus, ut sit perfectus, requirit temperamentum omnium qualitatum primarum; unde tactus, quia est in temperatissimo corpore, erit perfectissimus, nam erit aptissimus ad percipiendum obiectum suum, quia erit magis denudatus ab illo; corpus autem hominis est temperatissimum; ergo, etc.

Et eadem ratio est de gustu, qui proxime convenit cum tactu. Et consonat etiam aperte experientia, nam homo perfectius discernit sapores.—Et [a] fine patet, nam homo ratione suae complexionis indigebat delicatiori cibo quam caetera animalia; et ideo etiam indigebat perfectiori gustu.

De odoratu inquit Aristoteles, hic, *cap. <9>,*[615] hominem esse <hebetioris> odoratus quam plura alia animalia. Quod intelligendum est secundum quid, quantum ad / facilitatem percipiendi odoris *S192v* intensiori modo, vel a maiori distantia. In hoc enim multa animalia excedunt homines, nam vultures percipiunt odores ad 50 milliaria, et canes <odore> discernunt unum hominem ab alio, etiam nocte, ut latronem a domestico, etc.

Et ratio huius redditur ab Alberto optima, *2 De Anima,* ⌊*cap.*⌋ *<23>;*[616] Aegidio, *tx. 92,*[617] quia cerebrum hominis est frigidissimum et humidissimum inter omnia animalia, et ideo homo inter alia plus dormit; et est ita factum, ut melius deserviat cognitioni, quia calor conturbat ⌊spiritus⌋ animales; organum autem olfactus est positum iuxta cerebrum, et hinc est quod viae olfaciendi occupantur continue

---

51 sensibus *add.* ut etiam ex dictis constat (Ib.) *L.*

4 61 9] 10 *SL.* 61-2 Et... 3 *om. L.* 70 a *L, om. S.* 73 9 *L,* 10 *S.* 74 hebetioris] perfectioris [!] *S,* (hebetiorem *L*). 78 odore] odores *S.* 81 cap. *L,* sect. *S.* 81 23] 22 S, 13 *L.* 81 92 *add.* ex libro de sensu et sensibili, cap. 4.5 (III 29, 3) *L.* 84 spiritus *L,* spēs [= species] *S.*

---

[614] *De an.* B 9: 421 a 19-22

[615] *De an.* B 9: 421 a 10-13; *Cfr.* Arist., *De sensu,* c. 4: 440 a 31-441 a 2

[616] = tract. 3, c. 23

[617] *De an.* II: o. c., f. 45 (comm. 92): o. c., t. 5, pp. 273 sq.

fecta. Esta perfección se desprende también del modo que la facultad posee de alcanzar su objeto, modo más perfecto que en los demás sentidos.—Hasta aquí el primer tema.

4 Segundo tema: Comparación entre los sentidos del hombre y de los demás animales: pretender el cotejo de cada uno de los sentidos en todos los animales constituiría un proceso infinito.

Por tanto, una segunda tesis: En todos los sentidos externos el hombre supera absoluta y simplemente a los demás animales, si bien es superado en algunos aspectos de algunos sentidos.

Prueba: Analizamos cada uno de los sentidos. En primer término, el hombre posee el tacto más perfecto, absolutamente y en relación con todas sus condiciones, según doctrina concreta de Aristóteles en *cap. 9*. Es un dato de experiencia. Y la prueba racional la hemos tocado nosotros en los libros *De generatione, d. 5, q. 3:* una exigencia de la perfección del tacto es la combinación equilibrada de todas las cualidades primarias; por tanto, al residir el tacto en un cuerpo de máximo equilibrio combinatorio será máximamente perfecto: tendrá en efecto, la máxima idoneidad para la percepción de su objeto, por encontrarse menos sometido al mismo; ahora bien, el cuerpo del hombre posee el máximo equilibrio de combinación; consiguientemente, etc.

La misma prueba racional para el gusto, que tiene afinidades próximas con el tacto. Y la experiencia está también en manifiesta armonía: es más perfecto en el hombre el discernimiento de sabores.—Y hay una evidencia teleológica: el hombre necesitaba, por complexión, comida más delicada que los demás animales; y por lo mismo necesitaba de un gusto más perfecto.

Sobre el olfato tiene Aristóteles una concreta afirmación en *cap. 9:* el hombre posee un olfato más atrofiado que muchos otros animales. Ello ha de entenderse en un sentido relativo, en cuanto a la facilidad de percibir el olor de modo más intenso y a mayor distancia. En esto muchos animales aventajan a los hombres. Los buitres perciben los olores a 50 millas y los perros distinguen por el olor un hombre de otro, incluso de noche, pues distinguen al ladrón del amo, etc.

Una magnífica explicación del hecho se halla en *2 De Anima, cap. 23* de Alberto y en *tx. 92* de Egidio: el hombre posee, entre todos los animales, el cerebro más frío y húmedo, y por lo mismo es el hombre quien más duerme de todos; la finalidad de tal constitución es una cooperación más valiosa al conocimiento, porque el calor altera los espíritus animales. Por otro lado, el órgano del olfato está colocado junto al cerebro y de ahí que las vías olfativas están continuamente ocupadas por la abundancia de sustancia fría y húmeda, que está destilando el cerebro. Estas secreciones impiden la eficacia olfativa y de ahí que la olfacción es menor, cuanto más abundantes son las secreciones. La ex-

copia substantiae frigidae et humidae, quae a cerebro destillatur; et praeterea per illas fit expurgatio excrementorum cerebri; et huiusmodi excrementa impediunt vim olfaciendi; unde quo plura excrementa emittimus, minus olfacimus. Ratio est Aristotelis, *De sensu, cap.* <*5*>.[618] Alia vero animalia habent [cerebrum] calidius, et ideo melius olfaciunt; unde in hominibus odoratus acutus arguit caliditatem et siccitatem cerebri, et ex consequenti ruditatem et obscuritatem ingenii, ut infra[619] dicam. Tamen, his non obstantibus, olfactus hominis est perfectior quam aliorum animalium, quia extendit se ad nobiliora obiecta. Alia enim animalia ut plurimum olfaciunt odores qui sunt coniuncti saporibus, nam ad hoc potissime est datus ille olfactus, ut discernant alimenta; tamen odores alios, qui delectant sine coniunctione ad sapores, ut sunt odores rosarum, etc., alia animalia vel nullo modo percipiunt, vel imperfecte, neque in eis delectantur, homo vero perfectissime percipit hos odores, qui perfectissimi sunt et delectatur plurimum. Et ratio —ait Aristoteles, *De sensu, cap. 5*—[620] est, quia hi odores sunt nimis calidi et temperant frigiditatem [nostri] cerebri, et percipi possunt et delectare propter suam commoditatem, et tristari etiam si sint incommodi.—Idem colligitur ex Aristotele, *5 De generatione animalium, cap. 2;*[621] Galeno, [*8*] *De usu partium.*[622] Constat ergo quod simpliciter, omnibus pensatis, perfectior est olfactus hominis, quia perfectio maior est posse se extendere ad universalius et perfectius obiectum quam posse intense vel [facile] aliquam partem obiecti cognoscere.

De auditu de se constat esse perfectissimum in homine, / nam S193
percipit perfectissimas sonorum differentias, non tantum naturales, sed artificiales, et perfectissimum organum habet.

De visu etiam id facile persuadetur eisdem rationibus; et praeterea, quia isti duo sunt sensus disciplinae, quae propria est hominis.

Patet ergo probatio conclusionis, cuius ratio a priori est: Quia natura sensitiva in homine est coniuncta ad rationalem; ergo est perfectior simpliciter; ergo etiam potentiae huius sunt simpliciter perfectiores, licet quantum ad aliqua superentur ex indigentia corporis, nam semper dispositio necessaria ad operationem unius membri impedit aliquo modo operationem alterius. Non enim potuit tanta diversitas membrorum stare sine ullo prorsus impedimento. Et haec de secundo.

5 Circa tertium est notandum quod in sensibus hominis duplex perfectio et commoditas potest considerari. Prima est per-

89 Ratio... 5 *om. L.* 89 5] 4 *S.* 90 cerebrum *L,* sensus (!) *S.* 101 sensu *add.* et sensibili (Ib.) *L.* 102 nostri *L,* nram [=nostram] *S.* 105 8 *L,* 7 *S.* 108 facile *L,* facere (!) *S.* 109 193] 191 *S.*

[618] 444 a 8-25 [*De excrementis cerebri Arist. hic nihil dicit*]

[619] ?

[620] 444 a 22- b 7

[621] 781 a 14-b 29 (passim)

[622] cc. 6. 7: o. c., 1.ª Cl., ff. 168 A sq.

plicación está tomada de Aristóteles, *De sensu, cap. 5.* En cambio los demás animales poseen cerebro más caliente y por ello su olfacción es más perfecta; de ahí que la agudeza de olfato en los hombres arguye mayor temperatura y sequedad de cerebro y, por consiguiente, tosquedad y obscuridad de entendimiento, como diré posteriormente. No obstante, en olfato del hombre es más perfecto que el de los demás animales, por extenderse a objetos más nobles. En efecto, los demás animales huelen a lo sumo olores conectados con sabores, porque la misión fundamental del olfato es discernir los alimentos; sin embargo, los otros olores, que deleitan sin conexión con los sabores, tales como el perfume de las rosas, etc. o de ninguna manera los perciben los demás animales, o de manera imperfecta, ni se deleitan en ellos. El hombre, en cambio, percibe con la máxima perfección estos perfumes de perfección máxima y recibe máximo deleite. Y la razón, según palabras de Aristóteles, *De sensu, cap. 5,* reside en que estos perfumes son excesivamente cálidos y templan la frialdad de nuestro cerebro: pueden percibirse y deleitar por su agrado y también molestar si son desagradables.—La misma doctrina se desprende de Aristóteles, en *5 De generatione animalium, cap. 2;* de Galeno, en *8 De usu partium.* Existe por tanto certeza de que, sopesadas todas las circunstancias, es más perfecto el olfato del hombre, porque la posibilidad de extenderse a un objeto más universal y perfecto constituye mayor perfección que la posibilidad de conocer con intensidad o facilidad un aspecto del objeto.

Que el oído en el hombre posee una perfección máxima es un dato evidente: percibe matices sonoros de máxima perfección, no sólo naturales, sino artificiales, y de máxima perfección es el órgano que posee.

De la vista formamos fácilmente la misma convicción por las mismas razones. Y hay además otra: esos dos sentidos son los de la información privativa del hombre.

Queda por tanto clara la prueba de la tesis. Su justificación a priori es la siguiente: La naturaleza sensitiva en el hombre está unida a la racional, luego es absolutamente más perfecta; luego sus facultades son también absolutamente más perfectas, aunque en algunos aspectos se vean superados a causa de la deficiencia del cuerpo, dado que la disposición de un miembro, necesaria para una operación, es, de algún modo, obstáculo para la operación de otro. No ha sido posible, en efecto, que tan enorme diversidad de miembros, estuviera absolutamente exenta de todo obstáculo. Hasta aquí el tema segundo.

5 Una observación para el tercer tema: en los sentidos del hombre es posible la consideración de una doble perfección y ventaja. Primera:

fectio intrinseca istorum sensuum in ordine ad proprios actus, et ad sensibilia propria. Secunda est utilitas quam deferunt cognitioni intellectivae.

6 Si <primo> modo considerentur, sit tertia conclusio: Hi quinque sensus eumdem ordinem perfectionis habent in homine, quem ex se habent.

Probatur. Quia ille ordo, quem ex se habent, consistit in specifica perfectione, secundum quam unus excedit alium dicto ordine; sed in homine observant hi sensus propriam perfectionem specificam; ergo in illa habent eumdem ordinem.

Est tamen ista conclusio intelligenda, si comparatio absolute fiat, ut a nobis facta, nam si fiat quaedam comparatio proportionalis, sic perfectissimus sensus hominis est tactus.

Et ut hoc intelligatur nota quod inter res duas, scilicet inter hunc hominem et hunc equum, dupliciter potest fieri comparatio: uno modo absolute, quamvis eorum aliquis sit perfectior; et sic quilibet homo est perfectior equo. Alio modo potest fieri comparatio proportionalis, scilicet quis eorum intra propriam speciem sit perfectior, id est, quis magis participet de perfectione suae speciei, et in hoc sensu hic equus potest esse perfectior in ratione equi, quam hic homo in ratione hominis. Et hoc modo dici solet imperfectissimum hominis sensum esse olfactum, perfectissimum autem tactum, nam [habet] perfectissimam perfectionem, quam in sua specie potest habere. Et forte idem est de gustu. Visus autem et auditus non sunt adeo perfecti, / nam a multis animalibus superatur homo in acutis, etc. Et *S193v* sic est intelligendus Aristoteles, *De sensu, cap. 4,*[623] et D. Thomas, ibi, *lect. 9,*[624] et auctores alii.

7 Si vero comparentur hi sensus secundum utilitatem ad scientiam, sit quarta conclusio: Hoc modo imperfectissimus est odoratus, nam minimum deservit; deinde gustus. Alii vero tres sensus mutuo se excedunt, tamen simpliciter excedit visus.

Prima pars de olfactu et gustu non indiget probatione.

---

6 126 primo] 3.º (!) *S,* (pro priori *L.*) 132 *add. in margine a. m.:* Fonseca, ubi supra, explicat hanc conclusionem, quod si visus et tactus quoad solam cognitionem inter se conferantur, perfectior et carior est visus, at vero si accipiatur ut visus supponit tactum, sic [?] non est dubium quin sit carior. [*Met.* I, c. 1, q. 3, sect. 3: o.c., t. 1, col. 84 D-F] *S.* 144 hominis *add. iter.* esse *S.* 145 habet *L,* habent *S.* 149 auctores] đđ *S.*

7 152 nam... deservit *om. L.*

---

[623] 440 b 31-441 a 3
[624] n. 2

la perfección intrínseca de esos sentidos en orden a sus propios actos y a los sensibles propios. Segunda: el servicio que prestan al conocimiento intelectual.

6 Para la primera consideración se establece la tercera tesis: Los cinco sentidos guardan en el hombre la misma jerarquía de perfección, que guardan entre sí.

Prueba: La jerarquía que guardan entre sí consiste en la perfección específica, en la que uno aventaja al otro dentro de dicha jerarquía; ahora bien; en el hombre mantienen estos sentidos su propia perfección específica; luego en ella guardan la misma jerarquía.

La tesis, sin embargo, ha de entenderse en el sentido de un cotejo establecido absolutamente, como el establecido por nosotros, porque si se establece un cotejo de alguna manera proporcional, en ese caso el sentido más perfecto del hombre es el tacto.

Una observación que lo aclare: entre dos seres, concretamente, entre este hombre y este caballo el modo de un posible cotejo es doble: Absoluto, aunque alguno de ellos sea más perfecto; y en ese caso cualquier hombre es más perfecto que el caballo. Otro modo posible de establecer el cotejo es el proporcional, a saber, quién de ellos es más perfecto dentro de su misma especie, es decir, quién tiene mayor participación en la perfección de su especie, y en este sentido este caballo puede ser más perfecto en la dimensión esencial de caballo, que este hombre en la dimensión esencial del hombre. Y de esta suerte es costumbre afirmar que el olfato es el sentido más imperfecto del hombre; y el más perfecto el tacto, por tener la más perfecta perfección que en su especie puede tener. Y quizá está en el mismo caso el gusto. En cambio, la vista y el oído no son tan perfectos, ya que muchos animales superan al hombre en agudeza, etc. Y en este sentido se han de entender Aristóteles, en *De sensu, cap. 4,* y Santo Tomás, concretamente, en *lect. 9,* y otros autores.

7 Si el criterio para establecer el cotejo de estos sentidos es el servicio que prestan al saber, enunciemos una cuarta tesis: En este orden el más imperfecto es el olfato, por los servicios mínimos que presta; a continuación el gusto; los otros tres sentidos se aventajan mutuamente, si bien la ventaja absoluta es de la vista.

La primera parte relativa al olfato y al gusto no ha menester prueba.

Circa alios tres sensus est notandum duplicem esse modum acquirendi scientiam, nempe per inventionem et disciplinam.

Quantum ad modum acquirendi per disciplinam, utilissimus est auditus, tamen inventioni magis deserviunt tactus et visus, quia ad plura obiecta se extendunt. Unde simpliciter et per se sunt utiliores, tum quia modus acquirendi scientiam per disciplinam est quasi per accidens, et fundatus in inventione, tum praeterea quia etiam accidit auditui quodammodo quod disciplina fiat mediante illo, quia significatio vocum accidit obiecto auditus, neque ipse auditus percipit significationem, sed tantum sonum.

Inter tactum autem et visum est notandum praeterea quod tactus excedit visum in hoc quod est universalior ex parte subiecti. Est enim diffusum per totum corpus, et ideo perfectior tactus arguit temperantiam corporis et optimam complexionem. Et propterea D. Thomas, hic,[625] ait quod excedere in tactu est excedere in virtute sensitiva simpliciter, quia iste est sensus universalis; unde ex hac parte iste sensus est aptissimus ad scientiam. Et ideo Aristoteles, hic,[626] ait quod molles carne <apti> sunt [ingenio]. Et *3 De partibus, cap. 4,*[627] ait quod qui sensu hebeti sunt cor habent durum.

Cuius rationem reddit Themistius, hic, *cap. 32;*[628] Philoponus, *f. <65>, col. 3,*[629] quia mollities corporis arguit optimum corporis temperamentum et optimam complexionem in organis omnium sensuum.

Item, tale corpus deservit optime ad ministrationem virtutum animalium, nam cum corpus est molle, spiritus animales sunt subtiles et discurrunt celeriter per corpus; non sic autem corpus durum. Hoc autem intelligendum est —aiunt D. Thomas[630] et Themistius—[631] de mollitie naturali, non de illa quae arte acquiritur. Et addit Albertus[632] quod inter naturales ea mollities, quae est aquosa et provenit ex pituita —ut est foeminalis— [non] arguit optimam complexionem et ingenium, sed illa quae provenit ex / sanguine. Illa enim non est apta et idonea ad **S194** bonum ingenium.

155 sensus *add.* quae est secunda conclusionis pars (III 29, 5) *L.* 159 auditus *add.* quia percipit voces explicantes conceptus ad vivum (Ib.) *L.* 173 apti] *vid. iter.* mollis *S* (aptos *L*). 173 ingenio *L,* ingenii *S.* 175 Themistius *S,* S. Thomas *L.* 176 67] 6 *SL.* 185 non *L, om. S.* 186 ex *add.* puro (III 29, 5) *L.* 186 sanguine *add.* quia sic temperatiorem complexionem causam habet, ut citato loco de generatione etiam dicitur. (Ib.) *L.* 186 194] 192 *S.*

[625] *De an.* II, lect. 19, n. 484

[626] *De an.* B 9: 421 a 25 sq.; *Cfr. Physiog.* III: 807 b 12 sq.

[627] 667 a 13 sq.

[628] *De an.* II, c. 32: o. c., p. 275

[629] *De an.* II: o. c., f. [65], col. 2

[630] *De an.* II, lect. 19, nn. 484 sq.

[631] *Cfr. supra not.* 628

[632] *De animal.* III, tract. 2, c. 6: o. c., t. 11, p. 248; *Cfr. Ib.* VIII, tract. 6, c. 1: o. c., t. 11, p. 491; *De an.* II, tract. 3, c. 23 (comm. 94): o. c., t. 5, pp. 274 sq.

Una observación acerca de los otros tres sentidos: el modo de adquirir el saber es doble, concretamente, la investigación y el aprendizaje.

Para el modo de adquirir, que es el aprendizaje, el oído presta los mayores servicios, sin embargo el tacto y la vista son de la mayor utilidad a la investigación, porque alcanzan a un número mayor de objetos. De ahí que en un plano absoluto y esencial prestan mayores servicios, primero, porque el modo de adquirir el saber mediante el aprendizaje es, de alguna manera, accidental y fundado en la investigación y, segundo, porque también es, de alguna manera, accidental al oído su mediación en el aprendizaje, supuesto que la significación de la materia fónica constituye un accidente del objeto del oído: el oído no percibe, precisamente, la significación, sino el mero sonido.

Una observación además para el cotejo de tacto y vista: el tacto aventaja a la vista en ser más universal del lado del sujeto. En efecto, está esparcido por la totalidad del cuerpo, y, por eso, mayor perfección del tacto arguye equilibrio corporal y óptima complexión. Y ésa es la causa de que Santo Tomás, en este punto, afirme que la ventaja en el tacto es ventaja, absolutamente, en capacidad sensitiva, por ser éste un sentido universal; consiguientemente este sentido posee, desde este costado, máxima idoneidad para el saber. Y por ello afirma Aristóteles al respecto que los blandos de carnes son idóneos de entendimiento. Y en *3 De partibus, cap. 4* asegura que los obtusos en sensibilidad son duros de corazón.

Temistio, en *cap. 32,* Filópono, en *f. 65, col. 3* dan la razón del hecho: la blandura de carnes arguye un óptimo equilibrio en la composición del cuerpo y una complexión óptima en los órganos de todos los sentidos.

Además, un cuerpo así presta óptimos servicios a las funciones de las potencias de la vida animal: en efecto, con un cuerpo blando, los espíritus vitales poseen finura y rapidez de circulación por el cuerpo; no así con un cuerpo duro. Ello ha de entenderse —afirman Santo Tomás y Temistio— de la blandura natural, no de la adquirida artificialmente. Y añade Alberto que entre las naturales la blandura de tipo acuoso que proviene de la pituita —como es la de la mujer— no arguye óptima complexión y entendimiento, sino la que proviene de la sangre. La otra no es apta ni idónea para la excelencia de entendimiento.

Ex hac ergo parte tactus superat visum, tamen visus superat tactum in multis.

1.° Quia est universalior ex parte obiecti. Percipit enim et caelestia et terrestria, sensibilia propria et communia multo faciliori modo quam tactus.

Item, est certissimus inter omnes sensus, nam est immaterialior, unde raro fallitur, et ideo maxime deservit inventioni. Unde Plato in *Timaeo*: "Rerum —inquit— sublimium notitiam hi oculi nobis contulerunt".[633] Et Aristoteles, *1 Metaphysicae, cap. 1,*[634] inquit quod ideo visum maxime diligimus, quia maxime deservit cognitioni.

8 Ex quibus patet ultima pars conclusionis, nam ille excessus tactus non est in intrinsecis illius, sed in his quae illum comitantur; unde magis a signo arguit perfectionem quam ipse afferat. Visus vero in intrinsecis et propriis superat illum et <alios> [sensus]. Et isto modo intelligitur Aristoteles, *1 De generatione animalium, cap. 20,*[635] ubi [ait] non provenire prudentiam ex tactu, scilicet tamquam ex proprio instrumento, quamvis deserviat prudentiae, propter optimam complexionem [quam] arguit. Quod hic Aristoteles docuit.

9 Sed contra. Nam *sect. 30 Problematum, q. <1>,*[636] ait Aristoteles eos omnes, qui ingenio claruere, vel in studiis Philosophiae, vel in Republica administranda, vel in carmine pangendo, vel in artibus exercitandis, fuisse melancholicos; ergo complexio melancholica est apta ad ingenium; talis autem non est apta ad tactum, quia ille humor terrestris potius indurat carnes, et organum tactus ineptum reddit.

Ad primum respondetur: Aristoteles dicto loco[637] ait quod hi, "in quibus atra bilis multa est et frigida, stolidi sunt et ignavi". Contingit enim —inquit— quod atra bilis, quando non est nimia, per totum corpus dispersa, calefiat ab alio humore calido vel a complexione calida, et melancholia ipsa calefacta vehementer concipit calorem, et calefit cor, sicut ferrum vel aqua, licet ex se sint frigida, tamen calefacta semel multum calorem concipiunt et calefaciunt velociter; huiusmodi ergo melancholia, quae non est nimia et calefieri potest, conducit ad ingenium, nam extrahitur a propria natura, et disponit corpus optime ad diffusionem spirituum, et praeterea temperat nimiam vivacitatem

---

194 inventioni *add.* atque attestationi veritatis (III 29, 6) *L.*

8 201 alios sensus] reliquos sensus *L,* alium sensum (!) *S.* 205 quam *L, om. S, add.* nisi alioquin natura deesset (Ib.) *L.*

9 206 q. 1 *om. L, 5 S.* 213 ignavi *S,* ignaros (III 29, 7) *L.* 219 quae... potest *om. L.*

---

[633] *Cfr. Tim.* 47 ac

[634] 980 a 21-27

[635] *c. 20* in antiquioribus editionibus (*Cfr.* Lugduni 1549), in novissimis vero c. 23: 731 a 30-b 4

[636] 953 a 10 sqq.

[637] *Ib.* 954 a 30 sq.

En ese aspecto el tacto supera a la vista, mas la vista supera al tacto en muchos.

Primero. Es más universal del lado del objeto. Percibe, en efecto, tanto los cuerpos celestes como los terrestres, los sensibles propios como los comunes con mucha mayor facilidad que el tacto.

Además, es el más certero de todos los sentidos, pues al ser más inmaterial sufre escasos errores, y de ahí que preste los mayores servicios a la investigación. Por eso dice Platón en el *Timeo*: "Son estos ojos los que han traído hasta nosotros noticia de las cosas elevadas". Y Aristóteles afirma en *1 Metaphysicae, cap. 1,* que nuestro aprecio extraordinario de la vista se debe a los extraordinarios servicios que presta al conocimiento.

8 Todo ello aclara la última parte de la tesis: la mencionada ventaja del tacto no radica en sus cualidades intrínsecas, sino en los valores que lo acompañan; luego es señal que arguye perfección en calidad de signo más que perfección aportada. En cambio la vista no supera a él y a los demás sentidos en sus cualidades intrínsecas y propiedades. Y éste es el modo de entender el texto, *1 De generatione animalium, cap. 20,* de Aristóteles, donde afirma que la prudencia no proviene del tacto, es decir, como de instrumento propio, aunque preste sus servicios a la prudencia, por la complexión óptima que arguye. Tal fue la teoría de Aristóteles sobre el particular.

9 Una dificultad: En *sect. 30 Problematum, q. 1* afirma Aristóteles que han sido melancólicos todos los talentos que han brillado en las tareas de la Filosofía, o en la Administración del Estado, o en la creación poética, o en el ejercicio de las artes; luego la complexión melancólica es idónea para el talento. Ahora bien; no es idónea para el tacto, porque ese humor térreo produce más bien un endurecimiento de las carnes, y hace al del tacto un órgano no idóneo.

Respuesta a la dificultad: Aristóteles en el referido pasaje afirma que "son torpes e indolentes quienes poseen abundante y fría bilis negra". Es, dice, distinto el caso de la bilis negra no excesiva, esparcida por todo el cuerpo: la calienta otro humor cálido o una complexión cálida y con el calentamiento la bilis negra absorbe gran cantidad de calor, y el corazón se calienta. Al modo como el hierro o el agua, a pesar de su frialdad natural, absorben, una vez calentados, mucho calor y provocan un calentamiento rápido. Por tanto, esta bilis negra, no excesiva y susceptible de calentamiento, aprovecha al talento, por brotar de la propia naturaleza y determinar en el cuerpo una disposición óptima para la difusión de los espíritus, y moderar además la excesiva energía de la sangre: hace al hombre más cuidadoso y de ese modo, reducida a un

sanguinis, et facit hominem studiosiorem, et sic ad mediocritatem redacta facit prudentiorem. Unde de huiusmodi dicit Aristoteles[638] quod "licet aliqua ex parte excedantur ab aliis, tamen in multis rebus caeteris hominibus sunt praestantiores, ⌊alii⌋ [in] studiis litterarum, alii in artibus, alii in Republica"; et si hic in excessu humor calefiat, facit hominem / loquacem et poetam. Multa dicit de hoc humore ibi. *S194v*

10 Sed contra id quod diximus de visu. Nam tactus videtur esse certior sensus, ut experientia colligitur, et ex Aristotele, *De sensu, cap. 4;*[639] *2 De partibus, cap. 16.*[640] Certitudo autem est maxime necessaria ad scientiam; ergo tactus est utilior.

Et confirmatur. Nam tactus etiam videtur magis diligibilis, quia magis necessarius.

Respondetur quod licet tactus esset certior, visus esset utilior, propter suam universalitatem; tamen etiam non est certior, nam si comparentur ad obiecta propria, tam certus est visus, sicut tactus, et forte certior; et si comparentur ad obiecta communia, facilius fallitur tactus quam visus, si applicentur obiecta cum aequali proportione. Contingit aliquando falli visum, quando obiectum est valde distans, tamen hoc non tollit eius certitudinem, quae pensanda est penes obiectum debite applicatum.

Ad confirmationem respondetur quod amor tactus et visus non bene comparantur, nam unius amor includit alium, nam cum tactus sit fundamentum aliorum sensuum, sub hac ratione maxime diligitur, quia illo destructo <destruuntur> alia, tamen si praecise considerentur visus et tactus, et posset unus separari ab alio, et e contrario, et posset vita sine tactu conservari, magis diligibilis est visus per se, et praecipue ad scientiae utilitatem, quamvis alii sensus sint magis diligibiles ad recipiendam sensibilem delectationem, ut tactus et gustus; et tamen amor imperfectus est et animalis, prior vero perfectior et conformior homini, ut homo est. Et hoc locutus est Aristoteles, *1 Metaphysicae, cap. 1.*[641]

224-5 caeteris hominibus *om. L.* 225 alii *L,* alijs (!) *S.* 225 in *L, om. S.*
10 245 destruuntur] destruentur *S.* 246-7 ²et posset... conservari *S,* ac separatim conservari possint (III 29, 8) *L.*

---

[638] *Ib.* 954 b 2 sqq.
[639] 441 a 2; *Cfr. Ib.* 442 b 8 sq.
[640] 660 a 11 sq.
[641] 980 a 21-27

nivel medio, lo hace más prudente. De éstos tales justamente dice Aristóteles que "si bien en algún sector son aventajados por otros, sin embargo son superiores a todos los demás en múltiples actividades, unos en las tareas literarias, otros en las artes, otros en la Política"; y si es elevada la cantidad de humor que se calienta, hace al hombre locuaz y poeta. El pasaje toca numerosos temas relativos a este humor.

10 Otra dificultad la constituye la afirmación que hicimos a propósito de la vista. En efecto, el tacto, al parecer, es el sentido de mayor certeza, según se desprende de la experiencia y de los textos de Aristóteles *De sensu. cap. 4; De partibus, cap. 16.* Ahora bien; la certeza constituye la máxima exigencia del saber; luego el tacto es de mayor provecho.

Y hay una confirmación: el tacto, al parecer, es más estimable por ser más necesario.

Respuesta: aunque el tacto fuese de mayor certeza, la vista sería de mayor provecho, a causa de su universalidad. Sin embargo, tampoco es de mayor certeza, porque si el cotejo se establece en sus objetos propios, la certeza de la vista es tanta como la del tacto y quizá mayor; y si se establece en sus objetos comunes, la facilidad de error es mayor en el tacto que en la vista. Se da a veces caso de error en la vista, cuando el objeto se halla a mucha distancia; con todo, el hecho no suprime su valor de certeza, que, rectamente apreciada, exige la debida aplicación del objeto.

Respuesta a la confirmación: no es correcto comparar el grado de aprecio de tacto y vista, porque el aprecio de uno incluye el del otro; en efecto, al ser el tacto fundamento de los demás sentidos, posee bajo este respecto el mayor grado de estimabilidad, porque con la desaparición del tacto desaparecen los demás; sin embargo, si se hiciese un análisis precisivo de vista y tacto y fuese posible una mutua separación y posible la conservación de la vida sin el tacto, el grado de estimabilidad de la vista es de suyo mayor, particularmente en orden al aprovechamiento del saber; si bien en orden a la vivencia del placer sensible son más estimables otros sentidos como el tacto y el gusto; es éste, sin embargo, un aprecio imperfecto y animal, mientras que el primero es más perfecto y ajustado a la condición de hombre en cuanto tal. Y así se ha expresado Aristóteles en *1 Mataphysicae, cap. 1.*

ADDENDA

pág. 58, nota 6: *Cfr. De caelo et mundo,* q. XIX: (Lugduni 1534), f. xciiii^{v}.

pág. 166, nota 37: o. c., p. 362.

pág. 158, nota 12: *De an.,* lib. 2, tract. 2, cap. 5.

pág. 194, nota 94: *De an.,* II, 49: (Venetiis 1562), f. 75 A.

pág. 224, nota 152: cap. 7: (Venetiis 1562), f. 138^{v} K.

pág. 262, nota 243: (Leipzig 1833), t. 8, pp. 66 sq.

pág. 272, nota 265: *De gen. an.,* lib. 2, cap. 1: (Venetiis 1562), t. 6, pars 2, f. 71 B-C.

pág. 292, nota 31: ep. 53 (alias 103): PL 22, 549.

pág. 408, nota 249: *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 27, a. 1).

pág. 430, nota 298: *Cfr. Quaest. de animal.,* cap. 8: (ed. E. Filthaut), t. 12, pp. 188-202.

pág. 444, nota 334: (Romae 1892), t. 1, p. 331.

pág. 512, nota 109: *De an.,* lib. 3, tract. 5, cap. 2: (ed. Cl. Stroick), t. 7, pars 1, p. 245.

pág. 532, nota 157: (Venetiis 1562), t. 6, f. 139 C-D.

pág. 554, nota 5: (Lugduni 1557), p. 7.

pág. 570, nota 61: *Cfr.* Suárez, *Disp. Metaph.,* d. 18, sect. 8, nn. 34-38.

pág. 624, nota 169: lib. 4, cap. 14: (Venetiis 1562), t. 6, f. 203^{v} L.

pág. 630, nota 195: *Cfr. supra, nota* 199.

pág. 630, nota 196: lib. 7, cap. 4: (Leipzig 1833), t. 5, pp. 611-17.

pág. 632, nota 199: (Leipzig 1833), t. 3, p. 813.

pág. 658, nota 269: *Cfr. Phaedr.* 255 c.

pág. 696, nota 362: (Leipzig 1833), t. 10, p. 682.

pág. 698, nota 381: lect. 14, n. 191: (Romae 1949), p. 58.